This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY



281.1
M655a

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANNO 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERÆ MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS; AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXVII.

LEO DIACONUS. ALII.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA: *AVENUE DU MAINE*, 203.

1894

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnières. 210.12.93.

BRLO
P4
v.117

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNI 977-990.

ΛΕΟΝΤΟΣ

ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ.

LEONIS DIACONI

HISTORIA

E RECENSIONE

CAROLI BENEDICTI HASII

INSTITUTI FRANCIÆ ACAD. INSCRIPT. SOCII, ETC.

PRÆMITTITUR

MENOLOGIUM GRÆCORUM

BASILII PORPHYROGENITI IMPERATORIS JUSSU EDITUM.

ACCEDUNT

HIPPOLYTI THEBANI, GEORGIDIS MONACHI, IGNATII DIACONI, NILI CUJUSDAM, CHRISTOPHORI PROTOASECRETIS, MICHAELIS HAMARTOLI, ANONYMI,

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri Universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1894

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNI 977-990.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXVII CONTINENTUR

BASILIUS PORPHYROGENITUS IMP.

Menologium Basilianum, ex editione cardinalis Albani. col. 9
Basilii imp. novellæ Constitutiones. 613

LEO DIACONUS CALOENSIS.

Præfatio D. Caroli Benedicti Hasii, Instituti Franciæ Academiæ Inscriptionum socii, etc., ad Leonem Diaconum. 635
Leonis Diaconi Historiæ libri decem. 655

ANONYMUS.

De velitatione bellica Nicephori Augusti, ex editione D. Caroli Benedicti Hasii post Leonem Diaconum. 925
Excerpta ex historiis Arabum de expeditionibus Syriacis Nicephori Phocæ et Joannis Tzimiscis, ex editione Christiani Lassenii. 1007

HYPPOLYTUS THEBANUS.

Fragmenta ab Andrea Gallandio collecta. 1025

GEORGIDES MONACHUS.

Gnomologium. 1057

IGNATIUS DIACONUS.

Drama de primi parentis lapsu. 1163
Versus ad Paulum discipulum suum. 1173
Iambi alphabetici. 1175

NILUS.

Versus alphabetici. 1177

CHRISTOPHORUS PROTOASECRETIS.

Exhortatio duplex ad Israelitas. 1179

MICHAEL HAMARTOLUS.

Epistola ad Tyri præsulem. 1185

ANONYMUS.

Versus politici catanuctici juxta alphabetum ex parte animæ dolentis ad Salvatorem. 1186

SUIDAS.

Indices tres Lexicon Suidæ compendiose repræsentantes. 1193

256423

ORD LIBRARY

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIII PONTIFICI MAXIMO

ANNIBAL TITULI SANCTI CLEMENTIS PRESBYTER CARDINALIS ALBANUS

S. R. E. CAMERARIUS, ET BASILICÆ VATICANÆ ARCHIPRESBYTER,

PERENNEM FELICITATEM.

—

Basilianum Menologium, cujus alteram semestrem partem Clemens undecimus Sanctitatis Tuæ decessor in ipso adolescentiæ flore ex Græco vetustissimo codice monasterii Cryptæ Ferratæ descriptam ab interitu vindicatam Latinitate donaverat, tuis, BEATISSIME PATER, auspiciis in publicam eruditorum hominum utilitatem evulgatur. Et jure quidem meritoque. Ipsa enim sanctorum Acta in magni imperatoris usum jam olim collecta, tuum sibi nomen præscribere gestiunt, tibique gratulari videntur, quod summus Ecclesiæ magister ex hac innocentiæ ac sanctitatis disciplina prodieris; quodque ab ineunte ætate sacris rebus addictus, iisque exercendis toto fere vitæ spatio occupatus, inter maximas apostolicæ dignitatis curas hanc præcipuo loco habeas, aliosque habere peroptes, ut sacræ antiquitatis cognoscendæ illustrandæque studium in dies augeatur. Neque vero casu accidisse existimo, ut opus jamdudum absolutum, preloque multis ante annis destinatum, nunc tandem typis Urbinatibus, quos summa beneficientia complexus es, in lucem prodire potuerit cum octo spectatissimi Ecclesiæ nostræ Romanæ alumni, virtutibus atque miraculis insignes, sapientissimo Beatitudinis Tuæ judicio in sanctorum canonem relati sunt. Hoc enim Græcam Ecclesiam decebat, ut matrem filia sequeretur; quæque novos sanctos, quos proferat, non habet, antiquos saltem ex toto Oriente in unum volumen collectos exhiberet, simulque testaretur, feracissimas fuisse sanctorum omnis ætatis, ordinis, atque conditionis orientales terras, cum Romano pontifici parerent, perque operarios idoneos colerentur. Quo igitur patrocinio, sanctissime Pater, hanc exspectatissimam editionem complectere, in qua dum decessoris tui Clementis undecimi primos studiorum fructus publici juris facimus, tua plane studia repræsentamus, qui a puero religionis litterarumque exercitationibus animum applicuisti. Hoc insuper enixis assiduisque precibus Deum Optimum Maximum rogamus, ut Græcorum Ecclesiam cum Romana matre sua conjungens, in eum statum Benedicto XIII pontifice maximo illam restituat, qui Benedicto septimo sedente tum erat, cum Basilius Porphyrogenitus imperator Menologium istud in suum usum describendum curavit.

TYPOGRAPHUS CANDIDO LECTORI *.

Menologium Basilii Porphyrogeniti imperatoris jussu descriptum, pictisque sanctorum imaginibus ornatum, qua parte vices temporum, barbariæ neglectum, et communia librorum fata vitare potuit, Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani ducem allatum fuit: deinde apud Sfondratorum gentem servatum, et a Paulo S. Cæciliæ Cardinali Sfondrato sibi dono datum, Paulus V pontifex maximus bibliothecæ apostolicæ Vaticanæ addixit: idem summis eruditorum hominum laudibus celebratum, et votis expetitum, nunc demum in publicam lucem prodit.

Dolebant quidem docti viri tandiu latere præstantissimum codicem, quo nihil esset ad excitandam Christianam pietatem, ad confirmandam orthodoxæ religionis veritatem, ad ecclesiasticam antiquitatem sacrarumque rerum historiam illustrandam conducibilius; nihil denique nostra ætate gratius litteratis hominibus ad ejusmodi studia cum insigni Ecclesiæ sacræque criticæ fructu certatim incumbentibus. Enimvero curiosis piisque eorum studiis satisfacere utcunque conati sunt de ecclesiastica Græcorum eruditione optime meriti Leo Allatius, et Petrus Arcudius. Ille enim in *Dissert. de libris ecclesiasticis Græcorum*, § 12, codicis ætatem, præstantiam fortunamque scripto persecutus est. Arcudius vero eumdem Latine vertit, ejusque interpretationem apud Ferdinandum Ughellum *Italiæ Sacræ* tom. VI typis impressam legimus. Verum Allatius scri-

* Prodiit editio Menologii Urbini MDCCXXVII, 3 vol. fol., miro typorum splendore ornata.

ptis suis exposita codicis raritate, curiosorum desiderium auxit; et Arculii interpretatio haud satis accurata, Græci textus necessitatem lectoribus ostendit; in hujus præsertim ætatis et criticæ artis luce, quæ ex interpretationibus ad consulendos textus magis accenditur. Itaque cardinalis Joseph Maria Thomasius, morum sanctitate et sacra eruditione deleberimus, cum ejus thesauri pretium optime nosset, curas suas ad illum vulgandum contulit : quod assiduis votis optaverat; fecissetque, nisi virum eximium in clericorum regularium ordine tunc agentem, voluntate institutoque pauperem, impensarum magnitudo deterruisset. Codicis enim dignitatem supra cæteras laudes commendant quadringentæ ac triginta imagines ab illustribus Basiliani ævi artificibus minio depictæ, quæ sanctorum martyrum, confessorum, sacerdotum, monachorum, virginum, mulierum, tortorum, tyrannorum, judicum, vestes, arma, sedes, ornatus; necnon ædium, templorum, tribunalium. structuram, formam, apparatum, oculis exhibent : quibus ære incidendis et excipiendis non modica vis auri fuisset impendenda.

Sed Clementi XI, pontifici maximo, hæc laus reservabatur, ut publicam rem faceret, quæ hactenus magnorum principum fuerant pretiosa cimelia : cujus providentia codicem quovis auro cariorem, vetustate tamen jam fatiscentem, et picturis prope fugientibus obsolescentem, in pristinum ornatum restituit; cujus sumptibus tabulæ omnes exceptæ fuissent, nisi mors intercessisset. Inchoato operi supremam manum imposuere ejusdem successores Innocentius, et Benedictus XIII, quorum ille dum præclarum antiquitatis monimentum munificentia sua complectitur, in vivis esse desiit; hic non tabulas modo perfecit, sed elegantissimos etiam Græcos typos ad procurandam editionem liberaliter suppeditavit.

Illud tamen supererat, ut jactura alterius partis, quæ jam olim misere intercidit, ad integritatem optatissimi operis utcunque resarciretur; et adjectis ex aliquo non inferioris ævi manuscripto codice sex posterioribus mensibus, sanctorum si minus tabulas, Vitas saltem per integrum anni circulum digestas, absolutumque Menologii corpus acciperent sacrarum rerum studiosi. Hoc autem subsidium a domestica etiam Clementis XI manuscriptorum bibliotheca, lectissimis omnium linguarum monimentis locupletissima, imo vero ab ipsis illius schedis, atque a primis adeo ejus pueritiæ exercitationibus impetravimus. Is enim vix annum ætatis decimum septimum egressus, ex vetustis codicibus monasterii Cryptæ Ferratæ alteram illam Basiliani Menologii partem, quam periisse litterati viri dolebant, a se inventam, sua manu Græce descripserat, et accuratissima interpretatione Latinam fecerat : quam etsi modestia ejus plane singularis diuturnis tenebris oppressit, publica tamen utilitas diutius latere non patitur. Mutilo igitur operi semestrem alteram partem illius diligentia conservatam Latineque redditam adjungimus; ut partim ab interitu creptum, partim e tenebris erutum, partim Latinitate donatum, immortali ejus nomini posteritas acceptum referat.

Bollandiani socii eruditis tanti adolescentis laboribus aliquot collectionis suæ menses locupletarunt, Græca sanctorum gesta ad calcem Martii, Aprilis, Maii, et Julii, ex commentariis Albanis adjicientes. Etsi autem Latinas eorumdem mensium, simul et Junii atque Augusti, interpretationes idem Clemens XI confecit; in ipsius tamen schedis, quæ supersunt, Aprilis tantum et Maius integri; Martii priores viginti; Junii ac Julii aliquot dies Latine versi, propriaque ejus manu exarati conspiciuntur : reliqui quorsum cesserint, quove fato aut delitescant aut interierint, incompertum. Monachi Baciliani Cryptæ Ferratæ Augustum mensem, qui ex Albano apographo exciderat, aliquot foliis mutilum, ex eodem autographo Græce, recentioribusque Menologiis Græce supplentes. Latinam ejusdem versionem adornarunt. Cæteros Martii, Junii ac Iulii dies e Græco sermone Latinos fecit P,) Petrus Benedictus e Societate Jesu, Syrus Maronita, vir Latinis, Græcis, Hebraicis, Syriacis, Arabicisque literis excultissimus, qui ejusdem Clementis XI jussu, martyrum etiam Persarum historiam ab antiquissimo Syro scriptore exaratam, aliorumque sanctorum res gestas in præstantissimis codicibus Syriacis descriptas, quos idem pontifex ex Orientis latebris eductos, una cum pluribus aliis linguarum orientalium selectis manuscriptis,in bibliotheca Vaticana ad communem utilitatem dedicavit, in Latinum sermonem convertit, easdemque typis propediem edendas exspectamus.

Quam vero Petri Arcudii nomine Ughellus vulgavit priorem semestrem Menologii partem, a cl. v. Josepho Simonio Assemano sacros, basilicæ Vaticanæ presbytero beneficiato, qui eosdem codices orientales in bibliotheca Clementino-Vaticana recensuit, castigatam novaque propemodum interpretatione donatam edimus : a Græco enim textu quam longissime distabat, quemadmodum facta collatione perspicuum reditur : multa siquidem ab interprete perperam adjecta vel prætermissa; quædam alio prorsus, quam textus patitur, sensu exposita; corrupta alicubi sanctorum etiam nomina; ubique demum paraphrasim potius, quam fidelem versionem cernere est : adeo,ut genuinum Arcudii viri Græce Latineque doctissimi fetum esse, eruditi vix crederent, nisi Ughellus id affirmaret.

In altera semestri parte, quam, ut supra dictum est, Clementi XI debemus, avulsis ob codicis vetustatem nonnullis foliis, dies aliquot desiderantur : nimirum Junii IX, X, XI, Augusti IV, XIII, XIV, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI. Eos ex Menæis excusis descriptos Latineque versos adjicimus.

Sanctorum imagines, ut in autographo Vaticano conspiciuntur, sic ad vivum ære incisas damus : sunt enim pretiosa antiquitatis momenta, etsi ab arte pingendi nonnihil recedunt, Pictorum autem nomina,

quæ ad marginem singularum imaginum in eodem autographo exstant hæc sunt : *Pantaleo Simeon, Michael Blachernita, Georgius, Menas, Simeon Blachernita, Michael parvus, Nestor.* Eamdem in hujus editionis margine quadringenties ac trigesies repetere, nullius operæ pretium duximus.

Menologio præmittimus testimonia virorum illustrium de utraque ejus parte : ex quibus constat primo Basilium imperatorem, cui Menologium tribuitur, non Macedonem esse, qui anno Christi 886 imperium tenebat, ut card. Baronius existimavit ; sed Porphyrogenitum, qui sæculo integro posterior Macedone fuit : quod Allatius et Ughellus demonstrant. Secundo, semestrem alteram partem, cujus initium a mense Martio ducitur, quamque Bollandiani socii in monasterio Cryptæ Ferratæ repertam dicunt, a Joanne Francisco Albano iis Græce Latineque transmissam fuisse ante annum Christi 1668 quo mensem Martium ex Basiliano Menologio edidere, quemadmodum Joannes Ciampinus in Diario anni 1676 testatur,

Subjungimus Græcam Petri Possini e Soc. Jesu ad eumdem Joannem Franciscum Albanum epistolam scriptam die 26 Decembris anni 1661, ex qua palam fit, præclarum adolescentem ineunte anno ætatis tertiodecimo (natus enim fuit mense Julio anni 1649) in Græcæ linguæ studio usque adeo profecisse, ut non solum pure emendateque, sed eleganter etiam ornateque litteras ea ligua conscribere.

Ut opus in duas partes divideretur, Græcus textus in binas semestres distributus postulare videbatur. Verum quia priorem partem quadringentæ ac triginta sanctorum imagines duplo majorem posteriore efficiunt ; Menologium in tres partiri necesse fuit, quarum pars prima Septembrem, Octobrem ac Novembrem ; altera Decembrem, Januarium et Februarium ; tertia reliquos sex anni menses complectitur.

Illis fruere, amice Lector ; editionemque eminentissimo ac reverendissimo domino Annibali tit. S. Clementis presbytero cardinali Albano S. R. E. camerario, et basilicæ Vaticanæ archipresbytero, Clementis XI fratris filio de republica litteraria optime merenti, acceptam referto, cujus consilio, studio, sumptibus in tuum commodum cedit.

DE MENOLOGIO BASILII IMPERATORIS

VIRORUM ILLUSTRIUM TESTIMONIA.

Card. Baronius ad annum 886 *de Basilio Macedone imp.*

Ad eumdem Basilium rursus spectat (ne quid prætermittatur antiquitatis) quod scribendum curavit, et augendum Græcorum Menologium ; quod etiam exornavit imaginibus, quibus singulorum exprimerentur certamina. In cujus fronte ejusmodi scriptum invenimus iambis versibus epigramma in scripto codice Vincentii Pinelli Patavio ad nos Ferrariam, cum illic essemus cum pontifice, misso.

Basilius imperator hujus climatis
In pace præstans, atque rebus bellicis.
Et pellibus pactum, sequens ex ordine
Pulchras fereas imagines ut sideras.

Exstat autographum ipsius Basili volumen imaginibus magni pretii decoratum per dies singulos, singulosque sanctos, de quibus mentio habetur in versibus. Vidimus et legimus nobis concessum a Paulo Sfondrato Sanctæ Cæciliæ cardinali, nepote felicis memoriæ Gregorii papæ decimi quarti.

Leo Allatius in dissertatione de Libris Ecclesiasticis Græcorum, § 12.

Menologia non alia sunt (et erit duodecimus liber) quam quæ Latinus *Martyrologia* vel Kalendaria dixerit, nec aliud in illis habetur nisi vel sanctorum vitæ quolibet die per totum annum summatim expositæ, vel quorum vitæ non habentur commemoratio, nullaque ibi aut officii ordinandi, aut recitandi series continetur. Verum est tamen sæpissime Menologiorum horum partem, eamque non minimam in Menæis inter Canones post odam sextam esse digestam, ut sine alterius libri ope, qui officium in ecclesia aut domi recitat, habeat unde celebrandorum sanctorum historiolas et commemorationes legati. Hoc Menologium apud Græcos non unum est, sed pro opportunitate temporis variam quoque faciem induit ; aliud quippe est quod nobis Latine tantum ex versione cardinalis Sirleti, Canisius in Antiquis Lectionibus repræsentavit : aliud quod separatim hinc inde manuscriptum adhuc in bibliothecis, et Barberina potissimum, quod et antiquissimum est, asservatur : quæ nec omnia sibi invicem respondent : aliud quod in Menæis Græcorum insertum est : aliud quod post divinas Horas, Evangelium, Apostolum, aliosque libros legitur. Menologium ex Menæis Græcorum erutum, et in linguam Græcorum vernaculam versum a Maximo Margunio Cytherorum episcopo edidit Antonius Pinellus Venetiis anno 1529, in-4.

Baronius, anno Domino 886, refert Basilium Macedonem imperatorem Græcorum Menologium scribendum curasse et augendum, atque etiam imaginibus exornasse, quibus singulorum sanctorum exprimerentur certamina : cujus ipsum autographum vidimus, et legimus concessum nobis a Paulo Sfondrato S. Cæciliæ cardinali, nepote Gregorii papæ XIV. Menologium hoc, auro gemmisque pretiosius

Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam satis munifice advectum, Ludovico vita functo, Joannes Baptista Francisci Sfondrati, cardinalis parens, avusque Nicolai Sfondrati cardinalis, in arbitrio ac potestate habuit, quemadmodum monumenta alia, maximæque æstimationis scripturas ejusdem Ludovici, apud quem Baptistæ auctoritas plurimum pollebat, ut ex diversis legationibus, quas ille ob gravissima negotia apud omnes fere principes Christianos, Innocentium nempe VIII, Carolum Galliæ, Ferdinandum et Elisabetham Hispaniarum, Ferdinandum Neapolis et Siciliæ regem, et tandem rempublicam Venetam, ubi et mortem obiit, colligere possumus. Postmodum a Paulo Sfondrato cardinali dono acceptum Paulus V in bibliothecam Vaticanam invexit, et præfixa incipiione significavit.

Paulus V pontifex maximus hunc librum Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani ducem allatum, deinde servatum apud Sfondratorum familiam a Paulo S. Cæciliæ cardinali Sfondrato sibi dono datum, in bibliothecam Vaticanam inferri jussit anno 1615 *pontificatus* XI.

Liber unam tantum Menologii partem, quando sex tantum mensibus, Septembre, Octobre, Novembre, Decembre, Januario, et Februario absolvitur, continet. Altera quibusnam caveis addicta lateat, incertum est, et utinam non communem sortem librorum passa, igne vel ferro, vel impiorum aut otiosorum hominum manibus, elementorum etiam injuria, in luce esse desierit. Scriptus est in folio grandi pergameno affabre perpolito, licet ætate jam victa aliquantulum sublurido, forma quasi quadrata, characteribus elegantissimis, nusquam pro illius atramenti facultate, quod nigrum non tingit, nigricantibus. Capitales quas vocant litteras, auro efformantur, singularum pagellarum pars superior nomina sanctorum illius diei repræsentat, alterius dimidia scripta compendio sanctorum gesta, altera imaginibus coloribusque non indiligenter, et pro eo tempore satis eleganter, sub oculos ponit. Picturam recentiores miniaturam vocant : neque enim oleo, sed aqua gummique colores temperantur. Imagines non ab una manu promanant, ideoque nec unius omnes conditionis, sed una altera concinnior, accuratior, et ad artem accommodatior excellit, et ne ἀδέσποτοι palarent, pictor quilibet imagini a se depictæ in margine libri nomen expressit. Pictorum nomina sunt, *Pantaleo*, *Michael Blachernita*, *Georgius*, *Simeon*, *Michael parvus*, *Menas*, *Nestor*, *Simeon Blachernita*. Imagines ita disponuntur, ut una alteri adversæ non respondeat, sed litteris et sanctorum vitis : quare nunc superiorem partem paginæ, quando alterius superior pars scriptionem refert, nunc inferiorem, quando alterius inferior descripta est.

Quando liber scriptus sit, divinare non possumus: abhinc tamen anno 662 scriptum, videntur *indicare* qui operi præfiguntur iambi. Hi vero sunt.

Ἐνταῦθα νῦν σκόπησον ὀρθῶς ὁ βλέπων, etc.

Ex versione Joannis Argoli.

Considera probe oculis hic, o qui aspicis,
Ex rebus optimis opus certe optimum,
Dei, inquam, opus pulcherrimum mentem impetens
Visu creata cuncta delectans merito,
Ut namque supra rex poli summi artifex
Cælum choreis condecorans clarum igneis,
Quod pellis instar vocis explicuit sono,
Munaum irradiat sapiente providentia ;
Infraque ut ipsum moribus splendens paribus
Terræ plagas totius, et rex purpuræ
Basilius, filiusque duplici potens
Fama, triumphis scilicet, sermonibus, etc.

Et hoc est Menologium Baronio visum, nec abnuo ; studio, jussuque Basilii imperatoris descriptum, exornatumque imaginibus, nisi aliunde edoctus fuero, non credam, quemadmodum et Basilium hunc Macedonem fuisse : ex iambis enim hic Basilius Porphyrogenneta asseritur : ἀναξ ὅλης γῆς, ἥλιος τῆς πορφύρας Βασίλειος, τὸ θρέμμα τῆς ἁλουργίδος, *Imperator terræ universæ, sol purpuræ Basilius et alumnus.* Id de Macedone dici non potest, cum neque Porphyrogenneta fuerit, nec imperatore patre natus sit, neque adultus. Zonaras in Constantino Duca, Τὴν μὲν βασιλείαν αὐτοῦ καταλέλοιπε τρισὶν υἱέσιν, etc. *Imperium tribus fijiis reliquit, quorum duos, Michaelem et Andronicum Eudocia privato adhuc, Constantinum vero imperanti pepererat, cum et ipsa Augusta appellata esset. Unde hic solus Porphyrogenitus fuit, ac statim præ cæteris imperii insignibus adornatus.* Ex eo nempe Porphyro genitorum nomen emersit, ut qui imperante patre nasceretur, sive in thalamo Porphyræ dicto, sive purpura obvoluti, Porphyrogennetæ dicerentur. Herodianus hist. lib. I, de Commodo Marci imperatoris filio : Ἔδωκε δὲ μετ' ἐκεῖνον, etc. *Nunc ne post Marcum patrem vobis fortuna principem dedit, non quidem ascititium, quales ante me fuerunt, neque veluti acquisito imperio gloriantem, quippe unus ego vobis natus, educatusque in aula, non quidem privatis obvolutus fasciis, statim me ut ex alvo prodieram, imperatoria purpura suscepit, simulque sol hominem me vidit, et principem.* Et Themistius orat. 6. de Valentino Gratiani imperatoris fratre : Πρῶτος γὰρ δὴ τέως τῆς εὐδαίμονος οἰκίας ἐσπαργανώθης ἐν ἁλουργίδι, *Primus autem tunc inclytæ domus purpureis obvolutus est fasciis.* Dicitur tamen de Basilio Juniore, qui circa annum Domini 977, cum Constantino Porphyrogenneta imperium tenuit.

Ferdinandus Ughellus, Italiæ sacræ *tom.* VI, *pag.* 1049 *et seq.*

Menologium Græcorum jussu Basilii Junioris imp. Constantinopolitani ante annum Sal. 984 conscriptum, et ad fidem membranacei codicis Vaticani a Petro Arcudio Corcyrensi V. C, Latine versum, nunc primum edidit Fernandus Ughellus (*Anno scilicet* 1659).

Liber iste Græcus, cujus hic versio Latina habetur, jussu olim Basilii Porphyrogennetæ Junioris imp. ante fere annos 684 conscriptus fuit, ipsorumque, quorum in eo elogiis celebrantur, divorum imaginibus ornatus, asservatur in Vaticana pontificis maximi bibliotheca : de quo vir cl. et eruditissimus Leo Allatius in *dissert. prim. de lib. Eccl. Græcorum* scribit in hæc verba : « Menologium hoc auro gemmisque pretiosius, Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam satis munifice advectum. » *Cætera ut supra apud Allatium usque ad finem. Pergit Ughellus* :

Hæc Leo. Sed quod magis arguit Menologium hoc scriptum fuisse Basilii Junioris jussu, est, quod in eo fit mentio ad 17 Kalend. Januarii sanctæ Theophanonis, uxoris primæ Leonis imperatoris, Basilii Macedonis filii, aliorumque sanctorum, qui longe post Basilium Macedonem vixerunt. Cæterum cum penes me esset ipsa Arcudii versio originalis, placuit in gratiam rerum ecclesiasticarum amatorum hic eam exhibere, Tu interim, candide Lector, utere et vale.

Bollandiani socii in Actis sanctorum *tom*, I *Martii*, *pag.* 861.

Integre habere curavimus præclariora duo Menologia ; quorum unum ex collegio societatis nostræ Claromontano Parisiis accepimus mutuo ; alterum partim ex mss. monasterii Cryptæ Ferratæ in Latio ; partim ex Bibliothecæ Vaticanæ codice transcribi jussimus. Atque hoc postremum illud est, cujus primam partem elegantissime descriptam a Paulo S. Cæciliæ cardinali Sfondrato, Paulo V, pontifici maximo, dono datum, et a Petro Arcudio Latine redditum, *Italiæ sacræ* tom. IV, subtexuit Ferdinandus Ughellus : questus alteram latere incertum quibusnam in caveis, aut communi forte librorum sorte, igne aut ferro, vel impiorum aut otiosorum hominum, vel elementorum injuria desiise. Verum non latitantem in caveis ; sed ad divini officii usum tot quot ipsa complectitur mensibus a Martio ad Septembris initium servientem, reperimus in prænominato monachorum Basilianorum monasterio : non quidem pari characterum elegantia et picturarum ad singulas paginas deliciis exornatam (qualem in Vaticano esse, sicut audivimus, legimusque, sic et vidimus), sed antiquitate fide nihilo inferiorem, eumdemque Basili imperatoris titulum præferentem : ut hanc Vaticanæ illius partis si non germanam alteram, ab eadem manu velut utero prognatam, certe genuitam ex patre atque auctore eodem, tum cæteris indiciis, tum styli perfectissima similitudine, nihil hæsitantes crederemus. Ex hac igitur mensem primum, id est, Martium hic damus in specimen Menologiorum cæterorum omnium. Est enim cæteris quæ vidimus omnibus illustrior hæc collectio, auctoritatisque majoris ; eo quod non privato alicujus arbitrio compilata, sed in publico Ecclesiarum Constantinopolitanarum usu fuisse videatur : cum jussu Basilii imperatoris Porphyrogeniti ante annum salutis 984, esse exarata cognoscatur. An prima in hoc genere ? non audemus divinando asserere : nedum definire, quanto sit Menologiorum usus in Ecclesia Græca sæculo jam nominato anterior, etc.

Synaxarium ex Menologio jussu Basilii imperatoris collecto, cujus sex postremi menses exstant manuscripti in monasterio Cryptæ Ferratæ in Latio, etc.

Joannes Ciampinus, in libro cui titulus, Il Giornale de' Letterati, *editio Romæ anno* 1676, *in primo Diario mensis Aprilis ejusdem anni, cum Acta sanctorum Aprilis collecta et illustrata a Godefrido Henschenio, et Daniele Papebrochio Soc. Jesu retulisset, de Græcorum Menologio hæc subjungit pag. 8 :*

Ma sopra tutto, a questo proposito non e da tacerci come in quest' opera si rapporta *per extensum* l'originale Greco del mese di Aprile di un antichissimo Menologio trovato nel monasterio di Grotta Ferrata. Contiene questo i Santi di soli sei mesi, cominciando da Marzo fino a tutto Agosto ; ma la mancanza delg' altri sei non toglie, anzi accresce il preggio del ms., poiche nella Vaticana si conservano a punto quegl' altri sei mesi, che mancano per rendere l'anno intiero, fatti scrivere d'all imperadore Basilio Porfirogenito Juniore, e traslatati dal Greco da Pietro Arcudio. Non si era di tutta questa nuova parte bavuto per l'addietro notizia veruna : onde Monsignor Leone Allazio la crede del tutto smarrita, e l'Ughelli, nel fine del sesto tomo dell' Italia Sacra, ove rapporta la traduzione delli sei mesi del Menologio Vaticano, si duole anch' esse dello smarrimento di si bella memoria. Molto percio si deve al Signor canonico Giov. Francesco Albani, poiche egli trasmise agl' autori la tralazione Latina di quest' ultimo ms. et attesta essere in tutto somigliante, nel carattere, nella forma e nellafrase, al Vaticano.

—

Petri Possini e Soc. Jesu Epistola Græca ad Joannem Franciscum Albanum scripta Romæ die 26 *Dec* 1661.

Εὐγενεῖ καὶ Φιλομούσῳ μειρακίῳ Ἰωάννῃ Φραγκίσκῳ τῷ Ἀλβάνῳ, Πέτρος Ποσσῖνος ἐκ τῆς ἑταιρείας τοῦ Ἰησοῦ, χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.

Θαυμάζω σε τῆς εὐφυΐας καὶ φιλοπονίας, αἷς ἐγκείμενος εἰς μελέτην τῆς Ἑλληνικῆς γλώσσης, εἰς τόσαν προβέβηκας, ὥστε οὐ καθαρῶς καὶ ἀμέμπτως

Nobili ac studioso adolescentulo Joanni Francisco Albano, Petrus Possimus Soc, Jesu S. P. D.

Admiror egregiam indolem ac solertiam, qua in Græcæ linguæ studium incumbens usque ade profecisti, ut non solum pure emendateque, sed el-

ganter etiam ornateque litteras ea lingua conscribas. Qua de re ita tibi gratulor, ut de amicorum felicitate et recte factis convenit gratulari. Moneo quoque et hortor,ne a tam præclaris initiis absistas, neque illustrium parentum spem bonam fallas; sed longanimitate et laboris patientia ad gloriæ, quam appetis, verticem evadas. Novum annum, quem propediem, Deo dante, inituri sumus, felicissimum tibi adprecor. Et quoniam veteri more solemne est circa Januarias Kalendas munera mittere, pro munusculo aureum hoc Gregcrii Nazianzeni tetrastichon mitto:

A μόνον, ἀλλὰ κοσμίως τε καὶ καλλιγράφως ἐπιστέλλειν ἐκείνῃ τῇ διαλέκτῳ. Ἐγὼ γοῦν ἐπὶ τῷ γε συνήδομαι, οἷα πρέπει συνήδεσθαι ἀνδραγαθήμασι καὶ προτερήμασι τῶν φίλων· παραινῶ δὲ ἅμα καὶ παρακαλῶ μὴ ἀτελεῖς καταλιμπάνειν οὕτω λαμπρὰς ἀρχάς· μηδ' ἀπατᾷν χρηστὰς ἐλπίδας τῶν σεμνῶν γονέων· ἀλλ' εἰς τῆσδε τῆς ἐρασθείσης σοι δόξης φθάνει τὴν κορυφὴν διὰ μακροθυμίας καὶ φερεπονίας. Εὔχομαί σοι εὐτυχέστατον τὸν νέον ἐνιαυτὸν οὗ μεθ' ὕστερον, Θεοῦ γε δόντος, ἐπιβήσομεν· καὶ ὡς ἐστι πάλαι νόμιμον δῶρα πέμπειν τοῖς φίλοις ἀμφὶ τὴν νουμηνίαν τοῦ Ἰανουαρίου, ξενίου δίκην χρυσοῦν Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ προσάγω τετράστιχον.

Sermone inerti præstat elinguis labor.
Nam nemo rebus gestis absque claruit,
Sed absque verbis multos facta sublevant,
Non est loquentis, verum agentis gratia.

B Ἄφωνον ἔργον κρεῖσσον ἀπράκτου λόγου.
Βίου μὲν οὐδεὶς πώποθ' ὑψώθη δίχα,
Λόγου δὲ πολλοὶ τοῦ καλῶς ψοφουμένου·
Οὐ γὰρ λαλούντων, εὖ βιούντων δ' ἡ χάρις.

Vale, amicissimum caput.

Romæ VII *Kal. Januar. MDCLXI.*

Ἔρρωσο, φιλτατη κεφαλή.

Ῥώμηθεν, ἕκτῃ φθίνοντος Δεκεμβρίου, ἔτει αχξά.

MENOLOGII GRÆCORUM

PARS PRIMA

A MENSE SEPTEMBRI AD NOVEMBREM.

—

1 Hic nunc specta recte qui vides,
Optimum opus ex optimis rebus:
Opus Dei pulcherrimum, in stuporem rapiens [mentes:
Opus delectans omnem merito creaturam.
Supra enim ipse, ut Deus et Dominus,
Astrorum choreis depingens cælum,
Quod, tanquam pellem, extendit verbo,
Mundum illustrat sapientissima providentia
Qui autem hunc modis exprimit,
Rex totius terræ, sol purpuræ,
Basilius fasciarum alumnus,
Præstantissimus in utroque; tropæis, et verbis;
Tanquam alterum certe cœlum, faciens librum,
Ex pellibus extensum, uti se habet natura,
Ferentem, velut luminaria, venustas figuras,
Primum quidem ipsius Dei hominis Verbi;
Deinde Matris, quæ sine semine genuit;
Sapientumque, prophetarum, angelorum, archan- [gelorum;
2 Orthodoxorum omnem lætificat mentem:
Delectat simul omnem jucunditate visum.
Sed quos quidem effinxit coloribus
Inveniat auxiliatores omnes in negotiis,
Conatuum adjutores, commilitones in pugna.

C Ἐνταῦτα νῦν σκόπησον ὀρθῶς ὁ βλέπων,
Ἄριστον ἔργον ἐξ ἀρίστων πραγμάτων.
Ἔργον Θεοῦ κάλλιστον ἐκπλῆττον φρένας·

Ἔργον τὸ τερπου πᾶσαν εἰκότως κτίσιν.
Ἄνω γὰρ αὐτὸς, ὡς Θεὸς καὶ Δεσπότης,
Ἄστρων χορείαις ζωγραφήσας τὸν πόλον,
Ὃν, οἷα δερρίν ἐξέτεινε τῷ λύγῳ,
Κόσμον δαδουχεῖ πανσόφῳ προμηθίᾳ·
Ὁ δὲ τοῦτον εἰκονίζων τοῖς τρόποις,
Ἅναξ ὅλης τῆς γῆς, ἥλιος τῆς πορφύρας,
Βασίλειος, τὸ θρέμμα τῆς ἁλουργίδος.
Κράτιστος, ἀμφοῖν, καὶ τροπαίοις καὶ λόγοις,
Ὡς ἄλλον ὄντως οὐρανὸν τεύξας βίβλον,
Ἐκ δερρέων ταθεῖσαν, ὡς ἔχει φύσις,
D Φέρουσαν ὡς φωστῆρας ὡραίους τύπους·
Πρῶτον μὲν αὐτοῦ τεῦ Θεανθρώπου Λόγου,
Ἔπειτα Μητρὸς τῆς τεκούσης ἀσπόρως·
Σοφῶν, προφητῶν, ἀγγέλων, ἀρχαγγελων,

Τῶν ὀρθοδόξων πᾶσαν εὐφραίνει φρενα·
Τερπει δὲ πᾶσαν τερπνότητι καὶ θέαν.
Ἀλλ' οὕσπερ εἰκόνισεν ἐκ τῶν χρωμάτων,
Εὕροι βοηθοὺς πάντας ἐκ τῶν πραγμάτων,
Κράτους συνεργοὺς, συμμάχους ἐν ταῖς μάχαις,

Παθῶν λυτρωτὰς, φαρμακευτὰς τῶν νόσων·

Ἐν τῇ κρίσει πλεον δὲ πρὸς τὸν Δεσπότην
Θερμοὺς μεσίτας, προξένους καὶ τῆς ἄνω
Δόξης ἀφράστους, καὶ Θεοῦ σκηπτουχίας

A Pravorum affectuum frenatores, morborum curatores,

In judicio autem maxime apud Dominum
Fervidos mediatores, conciliatoresque supernæ
Gloriæ occultos, et divini imperii

ΜΗΝΙ ΣΕΠΤΕΜΒΡΙΩ.

ΕΝ ΤΗ ΠΡΩΤΗ

Ἀρχὴ τῆς Ἰνδίκτου.

Τὴν Ἰνδικτον ἑορτάζει ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ἀπὸ τῶν ἀρχαίων παραλαβοῦσα, διὰ τὸ νομίζεσθαι ἀρχὴν εἶναι τοῦ χρόνου ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας. Ἐπειδὴ Ἰνδικτον λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν. καὶ τὸν ὁρισμόν. Ἔστιν οὖν καὶ ἡ πρώτη ἡμέρα τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ὁρισμὸς καὶ ἀρχὴ τοῦ ὅλου ἔτους. Ἐπεὶ δὲ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν βουληθεὶς ἐπευλογῆσαι τὴν ἀρχὴν τοῦ χρόνου, μᾶλλον δὲ ὅλον τὸν χρόνον, ὃν αὐτὸς πρὸ τῶν αἰώνων ἐποίησεν, εἰσῆλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων· καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου. Καὶ ἀνοίξας αὐτὸ, εὗρε τὸν τόπον ὅπου ἦν γεγραμμένον· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. Καὶ ἀποδοὺς τὸ βιβλίον τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισεν. Ἔκτοτε ἐχαρίσατο ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν ταύτην, ἣν καὶ προθύμως ἑορτάζοντες εὐχαριστοῦμεν αὐτῷ.

B

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Στυλίτου.

Ὁ ἅγιος Συμεὼν ἐγένετο ἀπὸ Ἀντιοχείας· νέος δὲ ὢν, προσετάγη παρὰ τῶν γονέων αὐτοῦ βόσκειν πρόβατα. Ἀργήσας δὲ ποτε διὰ τὸν χειμῶνα, τοῦ μὴ βόσκειν τὰ πρόβατα, ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ εὔξασθαι. Καὶ κατὰ συγκυρίαν, ἤκουσε τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀναγινωσκομένου· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ ἀφῆκε γονεῖς καὶ πάντα. Καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν λαύρον, τὴν λεγομένην μάνδραν, καὶ ἐγένετο μοναχὸς ἐπὶ τῆς βασιλείας Λεοντος τοῦ Μεγάλου. Ὅπου καὶ τὸ πρῶτον ἀγωνισάμενος, καὶ πάντας τοὺς μοναχοὺς ἐν πάσαις ἀρεταῖς νικήσας, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ δι' ἐγκρατείας καταξηράνας· καὶ γὰρ ἐνήστευσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα, τὰς μὲν εἵκοσιν ἱστάμενος, τὰς δὲ εἴκοσι καθεζόμενος, διὰ τὸν κόπον. Ὕστερον ἀνῆλθεν ἐπὶ στύλον· καὶ μυρία θαύματα ποιήσας, καὶ μεγας γενόμενος εἰς πάντας ἀνθρώπους, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων βαπτίσας, καὶ τεσσαρακονταεπτὰ ἔτη τὸν Θεὸν θεραπεύσας ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

C

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἡ κοίμησις Ἰησοῦ τοῦ Ναυή.

Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ἐγένετο μὲν υἱὸς τοῦ Ναυὴ, διά-

D

[1] Isa. LXI, 1. [2] Matth. V 3.

MENSE SEPTEMBRI.

DIE PRIMA

✠ *Initium Indictionis.*

Indictionis festum diem celebrat Dei Ecclesia, traditione a majoribus accepta, quod ab hac die existimarent esse temporis principium, cum indictionem Romani dicant principium, et finem. Est igitur dies primus mensis Septembris, anni totius principium et finis. Sed postquam Christus Deus noster volens benedicere principium temporis, vel potius totum tempus, quod ipse ante sæcula fecerat, ingressus est synagogam Judæorum, traditusque est ei liber Isaiæ prophetæ, eoque aperto invenit locum ubi scriptum erat: *Spiritus Domini super me : propterea unxit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, vocare annum Domini acceptabilem* [1]: et reddens librum ministro, sedit; ex eo tempore nobis Christianis sacratam hanc celebritatem largitus est, quam alacri animo peragentes, gratias eidem habemus.

Eodem die.

✠ *Memoria sancti Patris nostri Simeonis Stylitæ.*

Sancto Simeoni patria fuit Antiochia. Cum autem adolescens esset, jussus est a parentibus pascere oves. Nactus vero aliquando vacuum ac liberum otium, quod per hyemem oves pascere non licebat, ingressus ecclesiam Dei, ut oraret, contigit ut audiret illam sancti Evangelii lectionem : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [2]. Et statim valedicens parentibus, ac cæteris omnibus, abiit in lauram, quæ etiam mandra dicebatur : monachusque effectus est imperatore Leone Magno : ubi primum acerrime decertavit, et monachos omnes omni virtutum genere superavit, Tanta autem continentia corpus suum coercens, aridum illud effecit : etenim quadraginta continuos dies, viginti quidem stando, reliquos vero sedendo, laboris studio, jejunabat. Demum in columnam ascendit, et innumera miracula patravit. Cumque apud omnes magnus ac celebris evasisset, multosque infidelium baptizasset, et quadraginta septem annos Deo serviisset, in pace decessit.

Eodem die.

✠ *Dormitio Josue filii Nave.*

Hic Josue filius quidem Nave fuit, successor a

tem Moysis Hebræorum legislatoris, vir fortis, reique militaris peritus. Nam Hiericho munitam alienigenarum urbem expugnavit, Jordanemque fluvium per siccum transivit una cum populo, et arca Dei. Michaelem etiam cœlestis exercitus principem ensem præ manibus tenentem vidit: quo statim cognito, abjectis propriis armis, illius pedibus advolutus: Quid, inquit, imperas servo tuo? Adhæc cum prœlio dimicaret cum alienigenis, solque ad occasum appropinquaret, ipse vero vincendi desiderio teneretur, maximam in Deo spem habens, imperavit soli ut staret: stetitque sol: neque prius occidit, quam hostes fortissime in fugam vertit. Cum igitur exercitui præfuisset, populumque Israeliticum ex eremo recte eductum, in terram promissionis, quæ est Hierosolyma, duxisset, perque annos viginti septem judicasset, mortuus est atque honorifice in eadem terra a populo suo sepultus.

Eodem die

6 *Certamen sanctarum quadraginta virginum, et Ammonis earum magistri.*

Quadraginta harum virginum et martyrum cœtus patriam habuit Adrianopolim Macedoniæ; doctorem autem fidei Ammonem diaconum, a quo ea quæ ad cœlorum regnum pertinent, didicerunt. Ob eam autem causam a præside ejusdem urbis comprehensæ, multa suppliciorum genera perpessæ sunt, quod idola adorare recusarent. Deinde adductæ Berœam, ut sacrificarent, cum ibi Deum orarent, precibus suis effecerunt, ut sublatus in aera sacerdos idolorum concideret, et statim interiret. Post hæc sanctus Ammon suspenditur, et in lateribus scalpitur, nudoque capite cadentem cassidem induere compellitur: et una cum virginibus ad Licinium tyrannum mittitur. qui adversus illos sententiam mortis pronuntiavit. Et decem quidem earum igne consumptæ sunt: octo cum magistro suo decollatæ: decem in ore, et corde gladio transfixæ decesserunt: sex minutatim concisæ: sex denique injecto in os cadanti ferro exstinctæ sunt.

EODEM MENSE.

Die secunda

7 *Certamen sancti magni martyris Mamantis.*

Mamas celeberrimus martyr Aureliano Romanorum Cesare claruit. Cum autem orphanus relictus fuisset, parentibus in carcere ob Christianam fidem exstinctis, a quadam religiosa senatorii ordinis matrona educatus est. Cum vero ad ætatis maturitatem pervenisset, cogereturque ab idolorum cultoribus sacrificare idolis, nulla unquam ratione ad id adduci potuit; sed a divino angelo in montem deportatus, ibi cervæ lacte alebatur, solusque continuis ad Deum precibus vitam traducebat. Post autem aliquanto cum illius fama longe lateque emanaret, iterum comprehensus, a præside Cæsareæ compellitur idola adorare. Id aversatus ille, in

A δοχος δὲ Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου τῶν Ἑβραίων· ἀνὴρ ἀνδρεῖος καὶ στρατηγικος. Καὶ γὰρ τὴν Ἱεριχὼ, πόλιν οὖσαν ἰσχυρὰν τῶν ἀλλοφύλων, παρέλαβε· καὶ τὸν ποταμὸν Ἰορδάνην διὰ ξηρᾶς διεπέρασε μετὰ τοῦ λαοῦ, καὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὸν ἀρχιστράτηγον Μιχαὴλ ἐθεάσατο κρατοῦντα ῥομφαίαν, καὶ γνωρίσας αὐτὸν, ἔῤῥιψε τὰ ἴδια ὅπλα, καὶ ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, εἰπών· Τί προστάσσεις τῷ σῷ οἰκέτῃ; Πολεμῶν δὲ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ τοῦ ἡλίου πρὸς δύσιν ὄντος, ἔχων ἐπιθυμίαν τοῦ νικῆσαι αὐτοὺς, ἐθάῤῥησεν εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἶπεν· Στήτω ὁ ἥλιος· καὶ εὐθέως ἐστάθη ὁ ἥλιος, καὶ οὐκ ἔδυνεν, ἕως ἔτρεψε τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ κατὰ κράτος. Στρατηγήσας δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαγαγὼν αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐρήμου καλῶς, καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἥτις ἐστὶ τὰ ἹεροσόB λυμα, καὶ κρίνας τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραὴλ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ ἔτη, ἐτελεύτησε. καὶ ἐτάφη ἐντίμως ἐν αὐτῇ τῇ γῇ ὑπὸ τοῦ ἰδίου λαοῦ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων γεσσαράκοντα παρθένων, καὶ Ἀμμὼν τοῦ διδασκάλου αὐτῶν.

Τῶν τεσσαράκοντα τούτων παρθένων καὶ μαρτύρων τὸ πλῆθος ἐγένετο ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως τῆς Μακεδονίας. Διδάσκαλον δὲ ἔχουσαι τῆς πίστεως Ἀμμὼν τὸν διάκονον, ἔμαθον ὑπ' αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· διὰ τοῦτο καὶ ἐκρατήθησαν παρὰ τοῦ τῆς αὐτῆς πόλεως ἄρχοντος. Καὶ πολλὰ ἐτιμωρήθησαν διὰ τὸ μὴ προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις. Εἶτα ἤχθησαν εἰς Θεροίην, τοῦ θῦσαι. Ἔνθα C προσηύξαντο πρὸς τὸν Θεὸν καὶ ἐκρεμάσθη εἰς τὸν ἀέρα ὁ ἱερεὺς τῶν εἰδώλων, καὶ πεσὼν ἀπέθανε. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐκρεμάσθη ὁ ἅγιος Ἀμμὼν, καὶ ἐξέσθη τὰς πλευράς. Καὶ κασσίδα πεπυρωμένην ἐδέξατο κατὰ καφαλῆς. Εἶτα παρεπέμφθη μετὰ τῶν παρθένων Λικιννίῳ τῷ τυράννῳ. Ὁ δὲ ἔδωκεν ἀπόφασιν κατ' αὐτῶν. Καὶ αἱ μὲν δέκα διὰ πυρὸς ἐτελειώθησαν· αἱ δὲ ὀκτὼ μετὰ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν ἀπεκεφαλίσθησαν· καὶ αἱ δέκα ξίφει κατὰ τοῦ στόματος, καὶ τῆς καρδίας δεξάμεναι, ἐτελεύτησαν. Αἱ δὲ ἓξ ὑπὸ μαχαιρῶν κατεκόπησαν. Καὶ αἱ ἓξ σίδηρα πεπυρωμένα κατὰ στόματος λαβοῦσαι, ἀπεθανον.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Β'

D Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Μαμαντος.

Μᾶμας ὁ περιβόητος μάρτυς, ἦν ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ Καίσαρος Ῥωμαίων. Ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς, τῶν γονέων αὐτοῦ τελευτησάντων ἐν φυλακῇ, διὰ τὸν Χριστὸν, ἀνετράφη παρά ματρώνας τινὸς εὐσεβοῦς συγκλητικῆς. Γενόμενος δὲ τῆς ἐννόμου ἡλικίας, ἠναγκάζετο θύειν τοῖς εἰδώλοις παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν. Μὴ πεισθεὶς δὲ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ θείου ἀγγέλου ἀναβιβασθεὶς ἐν τῷ ὄρει, τὰς ἐλάφους ἀμέλγων διετρεφετο. Καὶ μόνος τῷ Θεῷ προσευχόμενος διετέλει. Εἶτα πάλιν κρατηθεὶς (πολλὴ γὰρ ἐγένετο ἡ περὶ αὐτὸν φήμη), ἠναγκάσθη ὑπὸ τοῦ τῆς Καισαρείας ἄρχοντος προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπείση, εἰς πῦρ βληθεὶς καὶ ἐξελθὼν ἀβλαβὴς, καὶ

θηριομαχήσας, καὶ μηδὲν ἀδικηθείς, τέλος κοντα- A ignem conjicitur : atque inde egressus illæsus, ad
ρίῳ πληγεὶς, καὶ βαστάζων τὰ ἔντερα αὐτοῦ ταῖς bestias damnatur : a quibus cum nullam noxam
ἰδίαις χερσὶν (ἐξιχύθησαν γὰρ ὑπὸ τῆς πληγῆς ἐκ accepisset, tandem hastili transverberatur, et vis-
τῆς κοιλίας αὐτοῦ), ἐξῆλθε τῆς πόλεως Καισαρείας· cera ejus in terram ob gravissimum vulnus effun-
καὶ μετὰ εὐχαριστίας παρέδωκε Κυρίῳ τῷ Θεῷ τὴν duntur : quæ ipse propriis manibus præferens, ex
ἁγίαν καὶ μακαρίαν αὐτοῦ ψυχήν. Καὶ ἐτάφη ἐν τῇ urbe Cæsarea egreditur, et cum gratiarum actione
αὐτῇ πόλει. sanctam beatam animam suam Domino Deo
tradidit, et in eadem urbe sepultus est.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Νηστευτοῦ.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης ὁ ἐπικληθεὶς Νηστευτὴς ἐγεννήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ὑπῆρχε δὲ ἐπὶ Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου καὶ Μαυρικίου τῶν βασιλέων. Χαράκτης δὲ ὢν τὴν τέχνην, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, πατριάρχης γέγονε τῆς αὐτῆς μεγαλοπόλεως· ἐγένετο δὲ φιλόπτωχος, καὶ ἐλεήμων, καὶ συμπαθής. Ἀλλὰ καὶ πολλὰ θαύματα ἐποίησε· καὶ γὰρ διὰ προσευχῆς βαρβαρικὸν λαὸν ἐκ τῆς Μακεδονίας ἀπεδίωξε, καὶ μεγάλου θανάτου τὴν πόλιν ἐρρύσατο, καὶ πολλοὺς νοσοῦντας ἐθεράπευσε, καὶ δαιμονιῶντας ἰάσατο, καὶ λόγους ψυχωφελεῖς, ὡς ὁ μέγας Χρυσόστομος Ἰωάννης, συνεγράψατο, Ποιμένας δὲ τὸν λαὸν αὐτοῦ ὁσίως καὶ φιλοθέως, καὶ τὴν ἱερὰν Ἐκκλησίαν καλῶς διακυβερνήσας ἐπὶ ἔτη δέκα καὶ τρία καὶ μῆνας πέντε, καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἐλθὼν, ἐν εἰρήνῃ τὴν μακαρίαν καὶ ἁγίαν αὐτοῦ ψυχὴν παρέδωκε τῷ Κυρίῳ, ἐτάφη, ὑπόδειγμα ἀπολιπὼν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸν ἔνάρετον αὐτοῦ βίον, καὶ τὰ λοιπὰ κατορθώματα.

Eodem die.

S *Memoria sancti Patris nostri Joannis patriarchæ Constantinopolitani, cognomento Jejunatoris.*

Sanctus Pater noster Joannes cognomento Jejunator natus est Constantinopoli : vixit autem temporibus Justini, Tiberii, et Mauricii imperatorum. Hic primum quidem statuariam artem exercuit : deinde ob multas et egregias ipsius virtutes patriarcha ejusdem magnæ urbis renuntiatus est. Fuit autem pauperum amator, misericors, et miserator : sed et multa miracula patravit. Nam precibus suis barbaras gentes ex Macedonia fugavit, urbemque gravissima peste liberavit, et multos infirmos curavit, obsessosque a dæmonibus sanavit. Orationes denique animæ utilissimas, instar magni Joannis Chrysostomi, conscripsit. Cum vero populum suum sancte pieque rexisset, sacramque Ecclesiam annis tredecim, mensibus quinque optime gubernasset, atque ad summam senectutem pervenisset, in pace beatam sanctamque animam suam Domino tradidit, et sepultus fuit ; ornatam virtutibus vitam suam, et reliqua a se præclare gesta in exemplum cunctis relinquens.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Γ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἀνθίμου, ἐπισκόπου Νικομηδείας.

Ἄνθιμος ὁ ἱερομάρτυς ἦν μὲν ἐπίσκοπος Νικομηδείας ἐπὶ τῶν χρόνων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ· διὰ δὲ τὸν διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν κρυπτόμενος ἐν τῷ ὄρει, καταμηνύεται τῷ Μαξιμιανῷ. Καὶ κρατηθεὶς, πρῶτα μὲν λίθοις τὸν αὐχένα συντρίβεται. Ἔπειτα δὲ σιδήροις πεπυρακτωμένοις τοὺς ἀστραγάλους διατρυπᾶται. Εἶτα πάλιν εἰς ὄστρακα ὀξέα τίθεται, ῥάβδοις τυπτόμενος ἀκανθίνοις, καὶ ὑποδήματα σιδηρᾶ πυρακτωθέντα περιβάλλεται μέχρι τῶν μηρῶν. Καὶ μετὰ τοῦτο δεσμεῖται ἐπὶ τροχοῦ, καὶ ὑπὸ λαμπάδων καίεται, Οὕτω δὲ πικρῶς βασανιζομένου τοῦ ἁγίου, ἐπῆλθον ἄγγελοι θεῖοι, αὐτῷ μὲν τὰς κολάσεις καὶ τὰς βασάνους εὐκόλως ποιοῦντες, τοὺς δὲ δημίους τοὺς τιμωροῦντας αὐτὸν ἀοράτως τύπτοντες. Καὶ λοιπὸν ἀποφάσει τοῦ Μαξιμιανοῦ τέμνεται τὴν κεφαλὴν μαχαίρᾳ. Ἧτις κεῖται μὲν ἐν Νικομηδείᾳ, θαυματουργεῖ δὲ ἄλλοτε πολλὰ, καὶ δὴ καὶ τῶν τριχῶν παράδοξον ἔκφυσιν.

EODEM MENSE.

Die tertia.

9 *Certamen sacrosancti martyris Anthimi, episcopi Nicomediæ.*

Anthimus sacer martyr fuit Nicomediæ episcopus temporibus Diocletiani et Maximiani. Propter motam autem in Christianos persecutionem cum se in montis cujusdam latebras abdidisset, Maximiano proditus, ejusque jussu comprehensus, primum quidem saxis in cervice contunditur : deinde candenti ferro ejus tali perforantur : postea super acutis testulis impositus, virgis spineis cæditur. Ad hæc calceamentis ferreis candentibus usque ad femora induitur : mox rotæ alligatus, facibus aduritur. Sed cum ita immaniter sanctus vir torqueretur, supervenerunt divini angeli, qui sicut ei supplicia cruciatusque leniebant, ita lictores, qui ipsum excruciabant, invisibiliter cædebant. Tandem Maximiani sententia caput ei gladio amputatum fuit, quod in urbe Nicomedia positum, cum multa alia miracula facit, cum capillos subinde nascentes admirabiliter emittit.

Τοῦ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας παρθένου καὶ μάρτυρος Βασιλίσσης.

Βασίλισσα ἡ μάρτυς ἦν μὲν ἐπὶ τῶν Χρόνων

Eodem die.

10 *Certamen sanctæ virginis et martyris Basilissæ*

Basilissa martyr fuit temporibus Diocletiani

autem prope urbem Nicomediam domicilium haberet, nonumque ætatis suæ annum ageret, tanquam Christiana delata, Alexandro præsidi sistitur: et Christum confidenti animo professa, primum quidem colaphis cæditur; deinde nudata, virgis percutitur, talisque perforatur. Mox inverso capite in ligno suspensa, catenis constricta, picis, sulphuris, ac plumbi fumo torquetur. Post hæc in ignem conjecta, duobusque leonibus objecta, cum nullam noxam passa fuisset, præsidi persuasit, ut in Christum crederet. Et ille quidem vitam recte traducens, in pace decessit. At hæc egressa ex urbe, cum sitiret, oravit, et manantibus e terra aquis sitim depulit. Deinde stans supra petram, et orans, finem vivendi fecit: ibique sepulta, omnibus fidelibus per aquas e terra erumpentes singulis diebus curationes admirabiliter præstat.

A Διοκλητιανοῦ· εἶχε δὲ τὴν οἴκησιν πλησίον τῆς πόλεως Νικουμηδείας, ἐννέα ἐτῶν ὑπάρχουσα. Διαβληθεῖσα δὲ ὡς Χριστιανὴ, παρέστη Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἄρχοντι. Καὶ μετὰ παῤῥησίας ὁμολογήσασα τὸν Χριστὸν, πρῶτα μὲν τύπτεται κατὰ τοῦ προσώπου, καὶ γυμνωθεῖσα ῥαβδίζεται. Εἶτα τρυπᾶται τοὺς ἀστραγάλους. Καὶ κρεμασθεῖσα κατὰ κεφαλῆς ἐπὶ ξύλου, δεδεμένη ἁλύσεσι, μετὰ πίσσης, καὶ τεφρίου, καὶ μολύβδου καπνίζεται. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐμβληθεῖσα εἰς πῦρ, καὶ δυσὶ λεουσι παραδοθεῖσα, καὶ διαμείνασα ἀβλαβὴς, ἔπεισε τὸν ἄρχοντα πιστεῦσαι εἰς τὸν Χριστόν. Καὶ αὐτὸς μὲν καλῶς βιώσας ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη. Αὐτὴ δὲ ἐξελθοῦσα τῆς πόλεως, καὶ δίψήσασα, ηὔξατο. Καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἔπιεν. Εἶτα στᾶσα ἐπάνω πετρας, B καὶ εὐξαμένη ἐτελεύτησεν. Ἔνθα δὴ καὶ ἐτάφη, ῥάματα πᾶσι τοῖς πιστοῖς καθεκάστην, διὰ τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀναβλυσάντων ὑδάτων, παραδόξως παρέχουσα.

Eodem die.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

11 *Certamen sacrosancti martyris Aristionis, episcopi Alexandriæ.*

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἀριστίωνος, ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Sanctus martyr Aristion fuit Alexandriæ episcopus Docebat autem summa cum libertate, et prædicabat Domini nostri Jesu Christi in carne adventum, æternumque ejus regnum: ad hæc felicitatem et gaudium regni cœlorum; et quod hæc hominum gloria, et dignitates, et divitiæ, corruptioni obnoxiæ sunt, et evanescunt; illa vero bona incorruptibilia sunt, eaque vita immortalis. Hæc docens, cum multis Græcorum persuaderet, eosque ad Deum converteret atque baptizaret, captus sistitur Alexandriæ præfecto: confessusque Christum, igni traditur: atque ita in camino, velut tres illi sancti pueri, laudans et magnificans Deum, beatum optatumque finem accepit, incorruptibilis vitæ coronam adeptus, et pretiosæ quidem ejus reliquiæ terræ commendatæ sunt; sancta vero ipsius anima ad cœlos ascendens, una cum sanctis lætatur.

Ὁ ἅγιος μάρτυς Ἀριστίων ὑπῆρχε μὲν ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας· ἐδίδασκε δὲ παῤῥησίᾳ, καὶ ἐκήρυττε τὴν τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκον παρουσίαν, καὶ τὴν αἰώνιον αὐτοῦ βασιλείαν, ἔτι δὲ μακαριότητα καὶ χαρὰν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, καὶ ὡς ἡ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐνταῦθα δόξα, καὶ τὰ ἀξιώματα, καὶ ὁ πλοῦτος ἐν φθορᾷ ὑπάρχουσι, καὶ ἀφανίζονται· ἀδιάφθαρτα δὲ C τὰ ἐκείνων ἀγαθὰ, καὶ ἡ ζωὴ ἀθάνατος. Οὕτω διδάσκων, καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων πείθων, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστρεφων, καὶ βαπτίζων, ἐκρατήθη παρὰ τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἄρχοντος. Καὶ ὁμολογήσας τὸν Χριστὸν, παρεδόθη πυρὶ. Καὶ οὕτως ἐν τῇ καμίνῳ, ὥσπερ οἱ τρεῖς ἅγιοι παῖδες, δοξάζων, καὶ μεγαλύνων τὸν Θεὸν, τὸ μακάριον καὶ ποθούμενον τελος ἐδέξατο, ἀπολαβὼν τὸν στεφανον τῆς ἀφθαρτου ζωῆς. Καὶ τὸ μὲν τίμιον αὐτοῦ λείψανον παρεδόθη τῇ γῇ. Ἡ δὲ ἁγία αὐτοῦ ψυχὴ ἀνελθοῦσα ἐν οὐρανοῖς, μετὰ τῶν ἁγίων εὐφραίνεται.

EODEM MENSE.

Die quarta.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Δ'

12 *Certamen sacrosancti martyris Babylæ, patriarchæ Antiocheni, et puerorum sociorum ejus.*

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Βαβύλου, πατριάρχου Ἀντιοχείας, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ νηπίων. D

Sacrosanctus Christi martyr Babylas, Numeriano Romanorum imperatore, Antiochiæ magnæ patriarcha fuit. Cum autem ipse Numerianus templum Dei ingredi vellet, obviam illi factus ad portam ecclesiæ, prohibuit, ne ingrederetur, quod idolorum cultor esset. Quare confusus imperator, simul et vehementi ira percitus, jussit illum sibi postero die sisti: quem cum ad Christum negandum inducere non posset, quin potius ipse ab eo redargueretur, mandavit illius collo immane ferri pondus imponi, perque mediam civitatem ipsum circumduci. Tum vero ait ei: Per deos, Babyla, decet te iste torques.

Ὁ ἅγιος ἱερομάρτυς τοῦ Χριστοῦ Βαβύλας πατριάρχης ἦν Ἀντιοχείας τῆς μεγαλης, ἐπὶ Νουμεριανοῦ τοῦ Ῥωμαίων βασιλεως. Θέλοντα δὲ εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ τὸν Νουμεριανὸν, ὑπαντήσας εἰς τὴν πύλην τῆς ἐκκλησίας, ἐκώλυσε τοῦ εἰσελθεῖν, διὰ τὸ ὑπαρχειν αὐτὸν εἰδωλολάτρην. Ὅθεν αἰσχυνθεὶς ὁ βασιλεὺς καὶ ὀργισθεὶς, ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν αὔριον ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ καταναγκάσας ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν καὶ μὴ πείσας, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεγχθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ἐκέλευσε περιτεθῆναι τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ σίδηρα βαρέα, καὶ διὰ τῆς μέσης ἄγεσθαι· καὶ λέγει αὐτῷ· Μὰ τοὺς θεοὺς, Βαβύλα, πρέ-

πει σοι ὁ κλοιός. Ὁ δὲ εἶπεν· Οὕτω μοι πρέπει, βασιλεῦ, ὡς οὐδὲ σοὶ τὸ διάδημα. Τότε ἀπεφήνατο ὁ Νουμεριανὸς κατ' αὐτοῦ, καὶ τῶν διδασκομένων ὑπ' αὐτοῦ παιδίων. Τότε λαβόντες σύτοὺς οἱ στρατιῶται, ἀπέσφαξαν. Καὶ οὕτως ἐτάφη ὁ ἅγιος παρὰ εὐλαβῶν Χριστιανῶν, ἔξω τῆς πόλεως Ἀντιοχείας, μετὰ τῶν περικειμένων αὐτῷ κλοιῶν οὓς διὰ Χριστὸν ἐφόρεσεν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Θεοδώρου, Ὠκεανοῦ, Ἀμιανοῦ, καὶ Ἰουλιανοῦ.

Οὗτοι οἱ ἅγιοι μάρτυρες ὑπῆρχον ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως. Κραθηθέντες δὲ καὶ ἐρωθηθέντες, ὡμολόγησαν τὸν Δεσπότην Χριστόν. Καὶ διὰ τοῦτο κρεμασθέντες ἐξέσθησαν μέχρις ὀστέων. Ἔπειτα ἐνεβλήθησαν εἰς λουτρὸν ἐκπυρωδὲν ἰσχυρῶς, καὶ σφραγισθὲν τῇ σφραγῖδι τοῦ βασιλέως, διὰ τὸ μὴ ἐξελθεῖν αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀποθανεῖν ἐν αὐτῷ. Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἀβλαβεῖς, ἠσφαλισμένων καὶ ἐσφραγισμένων τῶν θυρῶν. Καὶ πάλιν κρατηθέντες, ἀπάγονται ἔξω τῆς πόλεως ἐν ἐρήμῳ τόπῳ τοῦ πικρῶς φονευθῆναι. Αἰτησάμενοι δὲ ὥραν προσευχῆς χαρίσασθαι αὐτοῖς τοὺς δημίους, καὶ τυχόντες τῆς αἰτήσεως, στάντες ἐπὶ πολὺ προσηύξαντο τῷ Θεῷ, ὑπὲρ τῆς οἰκουμενικῆς κατασθάσεως, καὶ τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν· καὶ ηὐχαρίστησαν αὐτῷ, ὅτι ἠξιώθησαν τοῦ μαρτυρῆσαι δι' αὐτόν. Καὶ οὕτω κατακοπέντες πάντα τὰ μέλη, καὶ τὰ σκέλη συντριβέντες, ἐνεβλήθησαν εἰς πῦρ, καὶ οὕτως ἐτελεσώθησαν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἑρμιόνης, θυγατρὸς τοῦ ἁγίου Φιλίππου τοῦ ἀποστόλου.

Ἡ ἁγία μάρτυς Ἑρμιόνη ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως, ἦν δὲ θυγάτηρ Φιλίππου τοῦ ἀποστόλου. Ἦν δὲ αὐτῇ ἀδελφὴ καλουμένη Εὐτυχής. Καὶ παρεγένοντο αἱ δύο εἰς Ἔφεσον, προσκυνῆσαι τὸν Θεολόγον Ἰωάννην, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν· μετετέθη γὰρ ἤδη. Ἐλθὼν δὲ καὶ Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς εἰς Ἔφεσον, πρὸς τὸν κατὰ τῶν Περσῶν πόλεμον, εὗρε τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας Ἑρμιόνης μέγα ἐπ' εὐσεβείᾳ· καὶ γὰρ ἦν προφητεύουσα· καὶ κρατησας αὐτὴν, καὶ καταναγκάσας ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, ὡς οὐκ ἔπεισε, κελεύει τύπτεσθαι αὐτὴν κατὰ τοῦ προσώπου. Ἐπιφανεὶς δὲ ὁ Κύριος, ἐνίσχυσεν αὐτὴν καρτερεῖν πρὸς τὰς βασάνους. Μετὰ ταῦτα δὲ προφητεύουσα περὶ Τραϊανου, ὅτι νικήσει τοὺς Πέρσας, τότε μὲν ἀπελύθη. Μετὰ δὲ Τραϊανὸν κρατήσας τῆς βασιλείας ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Ἀδριανὸς, κατεσχεν αὐτήν. Καὶ καταναγκάσας ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πείσας, προσέταξεν ἀποκεφαλισθῆναι. Ξηρανθεισῶν δὲ τῶν χειρῶν τῶν δημίων, ἐπίστευσαν, καὶ σὺν αὐτῇ ἀπεκεφαλίσθησαν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου Μωσέως τοῦ νομοθέτου

Μωϋσῆς ὁ προσήτης καὶ νομοθέτης γεγονεν υἱος

A Cui Babylas: Sic me decet, o imperator, ut te dedecet diadema. Tunc Numerianus sententiam pronuntiavit adversus eum, et adversus pueros, qui ab eo instituebantur. Cum illos igitur accepissent milites, jugularunt. Atque ita sanctus a piis Christianis sepultus est extra urbem Antiochiæ una cum circumpositis ipsi catenis, quas propter Christum pertulerat.

Eodem die

13 *Certamen sanctorum martyrum Theodori, Oceani, Amiani et Juliani.*

Hi sancti martyres floruere Maximiano imperatore. Comprehensi autem, et interrogati, cum Christum Dominum confiterentur, suspensi, depexique
B ad ossa fuere: deinde in ferventissimum balneum, sigillo imperatoris obsignatum ne inde exire possent sed interire id cogerentur, detrusi. Sed angelus Domini eos illæsos, foribus e pessulo firmatis et obsignatis, eduxit. Rursus autem capti, abducuntur extra urbem in desertum locum, ut truculenter interficerentur: ubi petita, et impetrata a carnificibus ad orandum hora, stantes multum precati sunt Deum, primum quidem pro totius orbis constitutione, sanctarumque Ecclesiarum tranquillitate: deinde gratias eidem egerunt, quod digni habiti essent, qui martyrium pro ipso subirent. Atque ita præcisis singulis membris, cruribusque confractis, in ignem injecti, finem vivendi fecerunt.

C

Eodem die

14 *Certamen sanctæ martyris Hemiones, filiæ sancti Philippi apostoli.*

Sancta martyr Hermione, filia Philippi apostoli, floruit Trajano imperatore. Habuit autem sororem nomine Eutychen, cum qua Ephesum perrexit, ut Joannem Theologum adorarent: non tamen invenerunt eum: translatus enim jam fuerat. Venit autem et Trajanus imperator Ephesum ad Persicam expeditionem, audivitque nomen Hermiones percelebre ac venerandum, eo quod prophetico esset afflata spiritu. Comprehensam igitur cum a Christi cultu abducere non posset, jubet illi alapas incuti: cui Dominus apparens, addidit animum, confir-
D mavitque, ut tormenta fortiter perferret. Sed paulo post a Trajano dimittitur, quod ei prædixisset fore ut de Persis triumpharet. Adrianus vero, gener et successor Trajani, comprehensam iterum cogit Christum abnegare, idolisque sacrificare. Quod cum illa facere renuisset, jussit amputari ejus caput. Arescentibus vero carnificum manibus, ipsi etiam in Christum crediderunt, atque una cum illa capite plexi sunt.

Eodem die.

15 *Memoria sancti Moysis legislatoris*

Moyses propheta et legislator patre Heb·

in Ægypto est. Hunc, cum Pharao rex Ægypti præcepisset, ut Hebræorum gentis masculi quidem infantes interinerentur, feminæ vero servarentur, mater fiscella inclusum in fluvium projecit. Sed cum Pharaonis filia, ut lavaretur, ad flumen venisset, fiscellam conspicata, et infantem in illa plorantem, eum in filium sibi adoptavit, instituendumque omni Ægyptiorum scientia curavit. Adulto apparuit Deus, mandavitque ut Hebræorum populum ex Ægypto educeret. Cum igitur populum eduxisset, mareque medium scidisset, perque aridam transiisset, petram etiam virga percutiens, aquas inde elicuisset, quadraginta demum annos militiæ præfuisset, annis ante Christi resurrectionem mille quadragentis octoginta quinque mortuus est, sepultusque in quodam eremi monte a Michaele magno militiæ Dei principe.

A ἐνὸς τῶν Ἑβραίων, γεννηθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ. Ἐπεὶ δὲ πρόσταγμα ἦν τοῦ Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, τὰ μὲν θηλυκὰ τῶν Ἑβραίων βρεφῶν περιποιεῖσθαι, τὰ δὲ ἀρσενικὰ φονεύεσθαι, ἐνέβαλεν εἰς συρτάριον ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὸν Μωϋσῆν, καὶ ἔῤῥιψεν εἰς ποταμόν. Κατέβη δὲ ἡ θυγάτηρ Φαραὼ λούσασθαι εἰς τὸν ποταμόν. Καὶ ἰδοῦσα τὸ συρτάριον, καὶ τὸ παιδίον ἐν αὐτῷ κλαῖον, ἀνελάβετο αὐτὸ εἰς υἱόν. Καὶ ἐδίδαξεν αὐτῷ πᾶσαν σοφίαν Αἰγυπτίων. Αὐξηθέντι δὲ αὐτῷ ἐφάνη ὁ Θεὸς, καὶ προσέταξεν ἐξαγαγεῖν τὸν λαὸν τῶν Ἑβραίων ἐκ τῆς Αἰγύπτου· Ἐξαγαγὼν οὖν τὸν λαὸν, καὶ πολλὰ σημεῖα καὶ τέρατα ποιήσας, καὶ θάλασσαν τεμὼν, καὶ διὰ ξηρᾶς περάσας, καὶ πέτραν τῇ ῥάβδῳ κρούσας, καὶ ὕδωρ ἐξ αὐτῆς ἀναβλύσαι ποιήσας, καὶ τεσσαράκοντα ἔτη στρατηγήσας, πρὸ B ἐτῶν χιλίων τεσσαρακοσίων ὀγδηκονταπέντε τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως ἐτελεύτησε. Καὶ ἐτάφη ἐν ὄρει τινὶ τῆς ἐρήμου παρὰ Μιχαὴλ τοῦ μεγάλου ἀρχιστρατήγου τοῦ Θεοῦ.

EODEM MENSE.

Die quinta

16 *Memoria sancti prophetæ Zachariæ patris Joannis Baptistæ.*

Zacharias sacerdos, pater Joannis Præcursoris, sacerdotis et ipse filius, ingressus templum, ut thus adoleret, cum vidisset angelum Dei stantem juxta altare thymiamatis, sibi prædicentem fore, ut conciperetur, et nasceretur sibi filius Joannes Baptista, neque ejus voci fidem adhiberet, surdus illico et mutus redditus est, quod nato Joanne soluta sunt ejus linguæ vincula. Audiens autem mater Joannis Herodem Judæorum regem cogitasse infantes Bethlehemitas trucidare, ut Dominus noster Jesus Christus una cum cæteris occideretur, sexto ab ejus nativitate mense Joannem in specu trans Jordanem abdidit. Herodes vero quæsito, et non invento puero, Zachariam ejus patrem in medio altaris. quo sibi metuens confugerat, jugulari jussit, atque ejus sanguine templum aspergi. Jugulatus est igitur, ejusque cadaver de prærupta rupe abjecerunt. Reliquias propinqui ejus collegere, atque in sepulcrum patrum intulere.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ε'.

Μνήμη τοῦ ἁγίου προφήτου Ζαχαρίου, τοῦ πατρὸς Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

Ζαχαρίας ὁ ἱερεὺς, ὁ Πατὴρ Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου, ὑπῆρχε μὲν καὶ αὐτὸς υἱὸς ἱερέως· εἰσελθὼν δὲ ἐν τῷ ναῷ τοῦ θυμιᾶσαι, εἶδεν ἄγγελον Θεοῦ ἑστῶτα πλησίον τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος, καὶ μηνύοντα αὐτῷ τὴν σύλληψιν καὶ γέννησιν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ἀπιστήσας δὲ, C κωφὸς καὶ ἄλαλος γέγονε. Μετὰ δὲ τὸ γεννηθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἐλάλησεν. Ἀκούσασα δὲ ἡ μήτηρ Ἰωάννου, ὅτι μέλλει Ἡρώδης ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς φονεύειν τὰ ἐν Βηθλεὲμ βρέφη, βουλόμενος καὶ σὺν αὐτοῖς φονεύειν καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τότε μετὰ μῆνας ἓξ τῆς αὐτοῦ κυήσεως, ἔκρυψεν αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Ἐπιζητήσας δὲ τοῦτον ὁ Ἡρώδης, καὶ μὲ εὑρὼν, προσέταξε σφαγῆναι τὸν πατέρα αὐτοῦ Ζαχαρίαν μέσον τοῦ θυσιαστηρίου, ὅτι ἐκεῖ προσέφυγε φοβηθεὶς, καὶ χεθῆναι τὸ αἷμα αὐτοῦ εἰς τὸν ναόν. Ἐσφαγη οὖν, καὶ ἔῤῥιψαν αὐτὸν ἐν τῷ κρημνῷ. Οἱ δὲ συγγενεῖς αὐτοῦ ἀναλαβόμενοι τὸ λείψανον αὐτοῦ, κατέθεντο ἐν τῷ τάφῳ τῶν πατέρων αὐτοῦ.

Eodem die

17. *Certamen sancti martyris Abdiæ.*

Sanctus mactyr Abdias, natione Persa, professione Christianus, cum daret omnem operam ut doceretomnes, atque adhortationibus suis ad veram Salvatoris nostri Jesu Christi fidem suscipiendam induceret, captus a magorum principe, jubetur abjurato Christo solem et ignem adorare: hos enim tanquam deos Persæ colebant. Quod ille exsecratus asperis malorum punicorum virgis in ventre, lumbisque cæditur. Atque ita a mane ad meridiem verberatus et cruciatus, succollantibus lictoribus in domum suam semivivus deportatur: et paulo post

D

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἀθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀβδιοῦ.

Ὁ ἅγιος μάρτυς Ἀβδιοῦ ἦν μὲν ἐκ τῆς χώρας τῶν Περσῶν· Χριστιανὸς δὲ ὑπάρχων, ἐδίδασκε πάντας, καὶ διὰ παραινέσεως ἔπειθε προσέρχεσθαι τῇ ἀληθινῇ πίστει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Κρατηθεὶς δὲ διὰ τοῦτο παρὰ τοῦ ἄρχοντος τῶν μάγων, καὶ ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, προσκυνῆσαι δὲ τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ πυρὶ (ταῦτα γὰρ εἶχον ὡς θεοὺς οἱ Πέρσαι), καὶ μὴ πεισθεὶς, τύπτεται κατὰ τῆς κοιλίας, καὶ τῶν ψυῶν μετὰ ῥαβδίων ῥοΐνων ἀκαθαρίστων. Καὶ οὕτως, ἀπὸ πρωΐας ἕως μεσημβρίας, τυπτόμενος, καὶ τομωρού-

μενος, ἀπῆλθε βασταζόμενος ὑπὸ δημίων, καὶ ἐτέθη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὥσπερ νεκρός. Καὶ μετὰ μικρὸν παρέδωκε τῷ Κυρίῳ τὴν ἁγίαν καὶ μακαρίαν αὐτοῦ ψυχήν, χαίρων καὶ ἀγαλλιώμενος μέχρι τῆς τελευταίας ἀναπνοῆς, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρῆσαι καὶ ἀποθανεῖν ἠξιώθη. Μετὰ δὲ τοῦτο, τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον λαβόντες τινὲς τῶν Χριστιανῶν, κατέθεντο ἐν τάφῳ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Θουθαήλ, καὶ Βαβαίας τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ.

Ὁ ἅγιος, καὶ πολυάθλος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Θουθαήλ, καὶ Βαβαία ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ. Χριστιανοὶ ὄντες, καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μετὰ παῤῥησίας ὁμολογοῦντες Θεὸν ἀληθινὸν εἶναι, καὶ Κύριον τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ Δημιουργὸν καὶ προνοητήν· καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων ἐπιστρέφοντες, καὶ πρὸς τὴν ἀληθινὴν πίστιν ἐπιστρέφοντες καὶ βαπτίζοντες, ἐκρατήθησαν παρὰ τῶν δυσσεβῶν εἰδωλολατρῶν. Καὶ τὰ πολλὰ παρ' αὐτῶν τυφθέντες, καὶ βασανισθέντες, τελευταῖον ὁ μὲν ἅγιος Θουθαὴλ ἐπὶ ξύλου κρεμασθεὶς, καὶ δεθεὶς ἐσχίσθη εἰς μέσον μετὰ σιδηροῦ πρίονος· καὶ οὕτω παρέδωκε τὴν ψυχήν. Ἡ δὲ ἀδελφὴ αὐτοῦ Βαβαία, γυμνωθεῖσα πρότερον, καὶ τυφθεῖσα ἰσχυρῶς, καὶ ξεσθεῖσα μέχρις ὀστέων, ὕστερον μετὰ τοῦ κονταρίου κατὰ τοῦ τραχήλου πληγὴν δεξαμένη, ἀποσφάζεται. Τελειωθέντων δὲ οὕτως ἀμφοτέρων, τὰ σώματα αὐτῶν ἀνελόμενοι εντίμως εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ζ'

Ἡ ἀνάμνησιν τοῦ ἐν Χώναις θαύματος τοῦ μεγάλου ἀρχιστρατήγου τοῦ Θεοῦ.

Ἐν τῇ καλουμένῃ νῦν μὲν τῶν Χωνῶν πόλει, πρότερον δὲ Κωλασσαίων, ὑπῆρχε ἀνήρ τις ὄνομα Ἄρχιππος, εὐλαβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεόν. Οὗτος προσκαθεζόμενος ἐν τῷ ὕδατι, τῷ διὰ τῆς ἐπισκέψεως τοῦ μεγάλου ἀρχιστρατήγου ἀναβρύοντι, καὶ διὰ τὰ γενόμενα διὰ τοῦ ὕδατος θαύματα, πολλοὺς τῶν ἀπίστων ἐπιστρέφων καὶ βαπτίζων, ἐκίνησε πρὸς φθόνον τοὺς Ἕλληνας, μὴ φέροντας βλέπειν τὰ παράδοξα θαύματα. Βρύχοντες οὖν τοὺς ὀδόντας κατὰ τοῦ σεπτοῦ ἁγιάσματος, καὶ τοῦ ὁσίου Ἀρχίππου, συναχθέντες ἄπειρα πλήθη, καὶ δήσαντες δύο μεγάλους ποταμοὺς, καὶ μίξαντες ἀμφοτέρους, ἀπέλυσαν εὐθέως τοῦ καταστρέψαι τὸν ναὸν, καὶ τὸ ἁγίασμα, καὶ τὸν Ἄρχιππον. Ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ Ἄρχιππος τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὑδάτων, παρεκάλεσε τὸν ἀρχιστράτηγον βοηθῆσαι. Καὶ εὐθέως φανεὶς ἔκρουσε τὴν πέτραν μετὰ τῆς ῥάβδου, ἧς κατεῖχε, καὶ ἐχώνευσε τὰ ὕδατα ἐν αὐτῇ. Καὶ ἐκλήθη ὁ τόπος ἔκτοτε Χῶναι.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Εὐδοξίου, Ῥωμύλου, καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν.

Εὐδόξιος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ

A Domino sanctam beatamque animam suam tradidit, summam animi ad extremum usque spiritum præseferens lætitiam, quod dignus habitus esset, qui pro Domini nostri Jesu Christi nomine martyrium mortemque subiret. Post hæc pretiosas ejus reliquias Christiani accipientes, sepulcro condidere.

Eodem die

18 *Certamen sanctorum martyrum Thuthaelis, et Babææ sororis ejus.*

Sanctus, multorumque certaminum Christi martyr Thuthael, Babæaque ejus soror, cum Christiani essent, et summa dicendi libertate Dominum nostrum Jesum Christum esse verum Deum mundique totius Dominum, creatorem et gubernatorem, profiterentur, Græcosque multos ab idolorum errore abductos ad veram fidem traducerent et baptizarent; retenti ab impiis idololatris, ab iis gravissime cæsi, multisque tormentis vexati sunt. Tandem Thuthael in ligno suspensus, et vinctus, serra ferrea secatur medius, atque ita animam emisit. Ejus autem soror Babæa primum nudata, flagrisque durissime cæsa, tum scalpta usque ad ossa, denique hastili in cervice percussa, jugulatur. Quorum corpora qui ab eis Christianam fidem edocti erant, occulte sublata, sepelierunt honorifice ad gloriam Domini nostri Jesu Christi.

B

EODEM MENSE.

C

Die sexta

19 *Memoria miraculi apud Chonas a magno Dei archistratego editi*

In ea urbe, quæ nunc Chonæ, olim autem Colassa dicebatur, vir quidam pius ac timens Deum, nomine Archippus, habitabat apud eum locum, unde magni archistrategi opera emanarant aquæ: ubi cum innumeris, quæ per aquam edebantur, miraculis multos infideles converteret ac baptizaret, Græcorum invidiam concitavit, non ferentium admiranda illa prodigia videre. Immani itaque rabie in lustralem aquam, et sanctum Archippum inflammati, coacta innumera operarum manu, duobusque magnis in unum corrivatis fluminibus, rapidam fluentis aquæ molem in eum locum immiserunt, ut templum simul, et lustralem illam aquam, et Archippum convellerent. Ut vero sensit Archippus irruentis aquæ murmur, imploravit archistrategi auxilium: qui statim adfuit, et virga, quam præ manibus habebat, percussa petra, repentino ejusdem petræ hiatu aquas obruit: et ex eo tempore locus ille Chonæ vocatus est.

D

Eodem die

20 *Certamen sanctorum martyrum Eudoxii, Romuli, et sociorum.*

Eudoxius Christi martyr Trajano Ro-

imperatore comes ordine fuit, multisque militum millibus in Gallia imperavit. Romulus autem, aulæ imperatoriæ præpositus, auctor fuit eidem Trajano, ut in Galliam mitteret, qui Christianos milites diis immolare compellerent. Quo peracto, cum milites ad id faciendum induci nequirent, in Melitinam Armeniæ urbem relegati sunt. Post hæc Romulus pœnitentia ductus, cum in Christum credidisset, Trajanumque objurgasset, capite plexus est. Deinde cum imperio potitus esset Maximianus, edixissetque Christianos interfici, mandavit per litteras et Melitinæ præfecto, ut Christi cultores occideret. Quare Eudoxium comitem, ejusque socios milites comprehensos, quod idola adorare nollent, primum quidem multis suppliciis vexavit, demum capite obtruncavit.

A Τραϊανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, κόμης τὴν τάξιν. Ἔχων δὲ ὑφ' ἑαυτοῦ στρατιώτας μυρίους, καὶ χιλίους, διέτριβεν ἐν Γαλλίᾳ τῇ χώρᾳ. Ῥωμύλος δὲ ὁ πραιπόσιτος τοῦ βασιλέως συνεβούλευσεν αὐτῷ ἀποστεῖλαι εἰς τὴν Γαλλίαν χώραν, καὶ καταναγκάσαι τοὺς στρατιώτας, Χριστιανοὺς ὄντας, θῦσαι τοῖς θεοῖς. Καὶ τούτου γενομένου, οὐκ ἐπείσθησαν θῦσαι· καὶ διὰ τοῦτο ἐξωρίσθησαν εἰς Μελιτινὴν πόλιν τῆς Ἀρμενίας. Εἶτα μεταμεληθεὶς ὁ Ῥωμύλος, καὶ πιστεύσας τῷ Χριστῷ, καὶ τὸν Τραϊανὸν ἐλέγξας, ἀπεκεφαλίσθη. Μετὰ δὲ ταῦτα κρατήσας τῆς βασιλείας Μαξιμιανὸς, καὶ κελεύσας φονεύεσθαι τοὺς Χριστιανοὺς, προσέταξε διὰ γραμμάτων καὶ τῷ τῆς Μελιτινῆς ἄρχοντι τοὺς τὸν Χριστὸν προσκυνοῦντας ἀνελεῖν. Ὅθεν κρατήσας Εὐδόξιον τὸν κόμητα, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ στρατιώτας, καὶ καταναγκάσας προσ-
B κυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πείσας, πολλὰ βασανίσας ἀπεκεφάλισεν.

Eodem die

21 *Certamen sanctorum Fausti presbyteri, Abibi diaconi et sociorum.*

Sancti martyres Faustus et Abibus, Decio imperatore, hic diaconus, ille presbyter Ecclesiæ Alexandrinæ fuerunt, quo tempore et Fabianus Romæ patriarcha, et Alexander Hierosolymorum, pro Christo martyrium subiere. Retenti igitur ab Alexandriæ præfecto, graviterque torti, quod a Christo deficere nollent, in carcerem truduntur. Rursusque inde educti, compelluntur sacra idolis facere. Sed tantum abfuit, ut ad id faciendum animum inducerent, ut præfectum etiam redarguerent, et idolo-
C rum errorem vanitatemque contemnerent. Quamobrem sanctis viris numero tredecim abscissa capita sunt. Sed sanctæ illorum animæ Christi Dei nostri manibus commendatæ, pro nobis Christianis incessanter intercedunt, et fidelibus imperatoribus nostris adversus inimicos robur ac vires addunt ad gloriam Christi, pro quo sanguinem fuderunt.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Φαύστου πρεσβυτέρου, Ἀβίβου διακόνου, καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν.

Οἱ ἅγιοι μάρτυρες Φαῦστος, καὶ Ἄβιβος ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου, ὁ μὲν πρεσβύτερος, ὁ δὲ διάκονος τῆς Ἐκκλησίας Ἀλεξανδρείας. Ὅτε καὶ Φαβιανὸς ὁ πατριάρχης Ῥώμης, καὶ Ἀλέξανδρος Ἱεροσολύμων ὑπὲρ Χριστοῦ ἐμαρτύρησαν. Κρατηθέντες δὲ παρὰ τοῦ τῆς πόλεως Ἀλεξανδρείας ἄρχοντος, καὶ πολλὰ βασανισθέντες, διὰ τὸ μὴ ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, εἰς φυλακὴν ἐνεβλήθησαν. Καὶ πάλιν ἐκβληθέντες κατηναγκάζοντο θύειν τοῖς
C εἰδώλοις. Μὴ πεισθέντες δὲ, ἀλλὰ καὶ ἐλέγξαντες τὸν ἄρχοντα, καὶ τὴν τῶν εἰδώλων πλάνην καὶ ματαιότητα ἀτιμάσαντες, τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν, τὸν ἀριθμὸν ὑπάρχοντες δέκα καὶ τρεῖς. Καὶ τὰς μὲν ἁγίας αὐτῶν ψυχὰς παρέθεντο εἰς χεῖρας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ὑπὲρ δὲ ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ἀκαταπαύστως πρεσβεύουσι, καὶ τοὺς πιστοὺς βασιλεῖς ἡμῶν κατὰ τῶν πολεμίων ἰσχυρῶς ἐνισχύουσιν, εἰς δόξαν Χριστοῦ, δι' ὃν τὸ αἷμα ἐξέχεαν.

EODEM MENSE.
Die septima

22 *Certamen sancti martyris Sozontis.*

Sozon martyr, ex regione Lyciæ oriundus fuit. Cum autem aliquando in quercum ingentem incidisset, apud quam erat aqua, appendissetque de arbore tres sagittas et arcum, sui ipsius moni-
D menta; is locus precibus sancti viri divinarum curationum munus accepit. Docebat autem Græcos, et baptizabat eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Post hæc ingressus idolorum templum, avulsam auream idoli manum, contritamque divisit pauperibus. Cujus rei auctor cum quæreretur, multique comprehenderentur, sanctus vir ultro se Maximo præsidi obtulit, confessus veram Christi, Deique nostri fidem. Quamobrem soleæ ferreæ ad pedum plantas acutis clavis affiguntur, quibus incedens, summis laudibus Deum efferebat. Deinde suspensus de arbore, ad necem usque cæsus est,

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Ζ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σώζοντος.

Μάρτυς ὁ Σώζων ὑπῆρχεν ἐκ τῆς χώρας Λυκίας, ποιμὴν προβάτων γενόμενος. Ἀπελθὼν δέ ποτε εἰς δρῦν μεγάλην, ἔνθα ἦν ὕδωρ, ἀπέλιπεν, ἐν αὐτῇ
D τρεῖς σαγίτας καὶ τὸ τόξον αὐτοῦ εἰς μνημόσυνον· καὶ διὰ προσευχῆς αὐτοῦ ἐδέξατο ὁ τόπος ἰαμάτων θείων χαρίσματα. Ἐδίδασκε δὲ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἐβάπτιζεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἶτα εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ ἀφείλετο τὴν χρυσῆν χεῖρα τοῦ εἰδώλου, καὶ συντρίψας αὐτὴν διέδωκε τοῖς πτωχοῖς. Ἑτέρων οὖν κρατουμένων διὰ τὴν χεῖρα τοῦ εἰδώλου, αὐτόματος ἐλθὼν ὁ ἅγιος, παρέδωκεν ἑαυτὸν Μαξίμῳ τῷ ἄρχοντι. Καὶ ὁμολογήσας τὴν ἀληθινὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, ὑποδίδεται ὑποδήματα σιδηρᾶ μετὰ ἥλων ὀξέων· καὶ φορῶν αὐτὰ περιεπάτει, δοξάζων τὸν Θεόν. Εἶτα κρεμα-

σθεὶς εἰς δένδρον, καὶ τυφθεὶς, ἐτελειώθη. Καὶ ἐνεβλήθη τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς κάμινον πυρός.

A atque ejus corpus in caminum ignis injectum.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εὐψυχίου.

Εὐψύχιος ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἀπὸ Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας, ἐπὶ Ἀδριανοῦ βάσιλέως Ῥωμαίων. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν βαπτίζεται ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου τῆς Καισαρείας. Εἶτα διαβληθεὶς παρά τινων, ὅτι Χριστιανός ἐστιν, ἐκρατήθη παρὰ τοῦ τῆς Καισαρείας ἄρχοντος, καὶ εἰς φυλακὴν ἐνεβλήθη. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελθὼν τῆς φυλακῆς, καὶ πωλήσας τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ, πρῶτον μὲν δέδωκεν ἐξ αὐτῶν τοῖς κατηγόροις, ὡς προξένοις γενομένοις αὐτῷ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας. Ἔπειτα τὰ λοιπὰ εἰς τοὺς πτωχοὺς διεσκόρπισε, καὶ διένειμεν. Καὶ πάλιν κρατηθεὶς, παρέστη τῷ ἄρχοντι, καὶ κατηναγκάζετο θύειν τοῖς εἰδώλοις. Καὶ μὴ πεισθεὶς, πρῶτον μὲν κρεμᾶται ἐπὶ ξύλου, καὶ ξέεται ἐπὶ τοσοῦτον, ἕως ἐφάνη πάντα τὰ ἔνδον τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ. Εἶτα ἀπὸ τοῦ ξύλου καταβιβασθεὶς, μετὰ τοῦ ξίφους πληγεὶς, ἐτελειώθη, παραδοὺς τὸ πνεῦμα τῷ Κυρίῳ.

Eodem die

23 *Certamen sancti martyris Eupsychii.*

Eupsychius martyr ex Cæsarea Cappadociæ fuit Adriano Romanorum imperatore. Mortuo patre baptizatur a Cæsareæ episcopo: delatusque a quibusdam, quod Christianus esset, a Cæsareæ præside comprehenditur, et in carcerem detruditur. Unde egressus, divenditis facultatibus suis, partem quidem dedit accusatoribus, utpote qui sibi regni cœlestis auctores concilliatoresque fuissent; partem vero pauperibus distribuit. Iterum autem comprehensus, et coram præside adductus, cum compelleretur idolis sacrificare, nec ad id induci posset, B de ligno suspensus, usque adeo depectitur, ut omnia illius viscera conspicerentur. Deinde e ligno depositus, gladioque cæsus, spiritum Domino tradidit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Β'.

Τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Παρθένου Μαρίας.

Ποιήσαντος τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, καὶ εἰς τὸ γνωρίζειν μόνον αὐτὸν, καὶ ποιεῖν τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἐφθόνησεν ὁ διάβολος. Καὶ πρῶτον μὲν παρέπεισε τὸν Ἀδὰμ παραβῆναι, ἀπατηθέντα διὰ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς Εὔας. Ἔπειτα ἔπεισε καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους καταλιπεῖν τὸν Θεὸν, καὶ προσκυνεῖν τὰ ἄψυχα εἴδωλα. Ἐλεήσας οὖν ὁ Θεὸς τὸ πλάσμα αὐτοῦ ἔδωκε νόμον καὶ προφήτας. Ἀλλὰ μηδὲν τούτων ὠφελησάντων, ἐβουλήθη ἀποστεῖλαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, καὶ Λόγον, ἀναλαμβάνειν ἀνθρώπου μορφὴν, καὶ λυτρώσασθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ διαβόλου. Διὰ τοῦτο ᾠκονόμησε γεννηθῆναι τὴν μέλλουσαν γεννῆσαι σαρκὶ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ Μαρίαν, τὴν ἄχραντον Θεοτόκον, ἐξ ἁγίων γονέων Ἰωακεὶμ, καὶ Ἄννης. Οἷς καὶ ὑπέσχετο προσευχομένοις ὁ Θεὸς, δοῦναι καρπὸν κοιλίας. Ὅθεν καὶ καλεῖται Γενέσιον ἡ παροῦσα ἑορτή. Ἣν ἑορτάζοντες ἐτησίως εὐχαριστοῦμεν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν.

EODEM MENSE.

Die octava

24 *Nativitates sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ et Virginis Mariæ.*

Cum rerum omnium opifex Deus homines creasset, ut opera bona exercerent, utque ipsum solum cognoscerent, seque ad illius voluntatem plane conformarent, invidit diabolus: primum quidem Adamum per uxorem Evam deceptum impulit, ut C præceptum violaret: auctor etiam fuit reliquis mortalibus, ut neglecto Deo, idola animo carentia adorarent. Misertus itaque Deus figmenti sui, legem dedit et prophetas. Verum cum hæc nihil proficerent, decrevit mittere Filium suum et Verbum, qui formam hominis assumeret, hominesque de manu diaboli liberaret. Eam igitur ob causam disposuit, ut nasceretur, quæ in carne Filium suum paritura erat, Maria impolluta Deipara ex sanctis parentibus Joachim et Anna, quibus orantibus promiserat Deus se fructum ventris daturum. Hinc diei huic festo inditum nomen est Nativitas, quam nos quotannis celebrantes, Domino Deo nostro gratias agimus.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Θ'

Μνήμη τῶν ἁγίων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης τῶν γονέων τῆς Θεοτόκου.

Ἐν τῷ λαῷ τῶν Ἰουδαίων ἦν τις ἄνθρωπος, Ἰωακεὶμ καλούμενος, δίκαιος καὶ πλούσιος, καὶ κατὰ ἑορτὴν ἐχώριζεν ἐκ τοῦ πλούτου αὐτοῦ μοίρας δύο. Καὶ τὴν μὲν μίαν μοῖραν ἐδίδου τοῖς πτωχοῖς· τὴν δὲ ἑτέραν τῷ Θεῷ. Ἦν δὲ ἄτεκνος. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἑορτῶν προσέφερε τὰ δῶρα αὐτοῦ τῷ Θεῷ, καὶ διότι οὐκ εἶχε παιδίον, ὠνειδίσθη παρὰ Ἰουδαίου τινὸς, εἰπόντος πρὸς αὐτὸν, ὅτι Οὐ πρέπει σοι δῶρα προσφέρειν τῷ Θεῷ μεθ' ἡμῶν, διότι ὑπάρχεις ἄτεκνος. Ἐλυπήθη δὲ Ἰωακεὶμ, καὶ οὐχ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν

D

EODEM MENSE.

Die nona

25 *Commemoratio sanctorum Joachim, et Annæ, parentum Deiparæ.*

In Judæorum populo erat vir quidam nomine Joachim, justus et dives: qui festis diebus facultates suas in duas partes dividens, alteram pauperibus erogabat, alteram vero Deo offerebat. Erat autem sine liberis. Quodam igitur festo cum munera Deo offerret, quod nullum filium haberet, exceptus est probro a Judæo quodam, negante fas esse ei, qui liberis careret, una cum cæteris dona Deo offerre. Attulit ea res tantam Joachimo molestiam, ut in domum suam redire noluerit; sed in desertum

locum secedens, quadraginta diebus jejunaverit, Deum precans ut fructum ventris sibi concederet. Nec minus Anna domi orabat. Cum igitur illos exaudisset Deus, misit angelum, qui promisit eis nativitatem sanctæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ. Quod et contingit pro salute totius generis humani.

Eodem die

26 *Certamen sancti martyris Severiani.*

Severianus martyr, patria Sebastenus, Licinio imperante, miles fuit. Cum autem quadraginta martyres comprehensi fuissent, et in carcerem pro Christo detrusi, eos adivit, et ad perferendum martyrium hortabatur. Cognitus autem, captusque, sistitur Lysiæ duci : cumque Christum libere confiteretur, erroremque argueret, ipsique Lysiæ constanter se opponeret, suspensus, nervis bubulis cæditur, in lateribus dilaniatur, facibusque aduritur. Post hæc de alto muro suspenditur, vinctus funibus, pedibus ingentium saxorum mole oneratis, manibusque post tergum revinctis; diuque suspensus, verberibus cæditur, quoad nervi saxorum mole luxati sunt, ac membra dissolata. Interim Deo gratias agens atque orans, inter gravissima tormenta decessit, in manus Dei spiritum commendans.

EODEM MENSE.

Die decima

27 *Commemoratio sancti Baripsabbæ.*

Quo tempore Judæi per invidiam Dominum nostrum Jesum Christum cruci affixere, Jacobus quidam astans cruci, cum vidisset militem lancea latus Domini perforasse, et inde sanguinem et aquam prodiisse, accurrens, cucurbita pretiosum sanguinem excepit, atque apud se occultavit, illumque sub extremum vitæ suæ tempus duobus eremitis reliquit. Atque ita per manus deinceps traditus post multas ætates pervenit in potestatem cujusdam pii monachi, Baripsabbæ nomine, qui per illum plures curationes peragebat. Antequam autem decederet, sanctum sanguinem una cum cucurbita accipiens, totam urbem regionemque illam obambulabat, frequentia perpetrans miracula. Qua re animadversa, quidam Deum minime timentes in eam spem venerunt, ut si, Baripsabba interfecto, potirentur ipsi cucurbita cum pretioso sanguine, magnum inde quæstum essent facturi. Igitur noctu illum adorti interficiunt. Et cucurbitam quidem acceperunt; sed nihil eorum, quæ sperabant, invenerunt. Ille vero ita trucidatus, spiritum reddidit.

Eodem die

28 *Certamen sanctarum martyrum et sororum Menodoræ, Nymphodoræ et Metrodoræ.*

Menodora, Nymphodora, et Metrodora sorores martyres, ex regione Bithyniæ, Maximiano impe-

οἶκον αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπελθὼν εἰς τὴν ἔρημον, ἐνήστευσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα παρακαλῶν τὸν Θεὸν, δοῦναι αὐτῷ καρπὸν κοιλίας. Προσηύχετο δὲ καὶ ἡ Ἄννα ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς τὰ ὅμοια. Καὶ ἐπακούσας αὐτῶν ὁ Θεὸς, ἀπέστειλεν ἄγγελον, καὶ ὑπέσχετο αὐτοῖς τὴν γέννησιν τῆς ἁγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας. Ὅπερ καὶ γέγονεν, ὑπὲρ σωτηρίας ὅλου τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σευηριανοῦ.

Σευηριανὸς ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλεως Σεβαστείας, ἐπὶ τῆς βασιλείας Λικιννίου στρατευόμενος. Ὅτε δὲ ἐκρατήθησαν οἱ ἅγιοι τεσσαράκοντα μάρτυρες, καὶ ἀπεκλείσθησαν ἐν τῇ φυλακῇ διὰ τὸν Χριστὸν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτοὺς, καὶ παρεκάλει πρὸς τὸ μαρτύριον. Διαγνωσθεὶς δὲ ἐκρατήθη, καὶ παρέστη τῷ κριτηρίῳ Λυσίου τοῦ δουκός. Καὶ ὁμολογήσας παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν πλάνην ἐλέγξας, καὶ τῷ Λυσίᾳ ἀντιταξάμενος, κρεμασθεὶς, ἐτύφθη μετὰ βουνεύρων, καὶ ξεσθεὶς τὰς πλευρὰς, καὶ λαμπάσι καταφλεχθεὶς ἐκρεμάσθη ἐπὶ τείχους ὑψηλοῦ, σχοινίοις δεθείς· καὶ ἐδεσμήθη τοὺς πόδας λίθοις μεγάλοις, δεδεμένος καὶ τὰς χεῖρας ὀπίσω. Ἐπὶ πολὺ δὲ κρεμάμενος, καὶ ταῖς πληγαῖς δαπτηγώμενος, καὶ τῷ βάρει τῶν λίθων τὰ νεῦρα διατεινόμενος, καὶ κοπτόμενος ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ, καὶ προσηύχετο. Καὶ οὕτω πικρῶς βασανισθεὶς ἐτελεύτησεν, εἰς χεῖρας Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ παραθέμενος.

ΜΗΝΙ ΣΩ ΑΥΤΩ.

Γ'

Μνήμη τοῦ ἁγίου Βαριψαββᾶ.

Κατὰ τὸν καιρὸν ὅτε οἱ Ἰουδαῖοι, διὰ φθόνον, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐσταύρωσαν, ἦν τις Ἰακωβος ὄνομα, παρεστὼς τῷ σταυρῷ. Ὅστις ἰδὼν τὸν στρατιώτην, τὸν ἐκκεντήσαντα μετὰ τοῦ κονταρίου τὴν πλευρὰν τοῦ Κυρίου, τὴν ἐκβλύσασαν αἷμα καὶ ὕδωρ, δραμὼν ἔλαβε καλόκυνθον, καὶ ἐδέξατο ἐν αὐτῇ τὸ τίμιον αἷμα, καὶ κατεῖχε κρύφα. Καὶ τελευτῶν κατέλιπεν αὐτὸ δύο ἐρημίταις ἀνθρώποις. Καὶ κατὰ γενεὰν ἦλθεν εἰς ἄνθρωπον εὐλαβῆ μοναχὸν, ὀνόματι Βαριψαββᾶν, τὸν δι' αὐτοῦ πολλὰς ἰάσεις ἐπιτελέσαντα. Πρὸ δὲ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, λαβὼν αὐτὸ τὸ ἅγιον αἷμα, μετὰ τῆς κολοκύνθης, περιέπάτει κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν θαυματουργῶν. Ἰδόντες δὲ αὐτόν τινες τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενοι, καὶ νομίσαντες, ὅτι, ἐὰν αὐτὸν φονεύσωσι, καὶ λαβωσι τὴν κολόκυνθαν μετὰ τοῦ τιμίου αἵματος, κερδήσουσι χρήματα πολλὰ, νυκτὸς ἀπελθόντες ἀπέκτειναν. Καὶ ἔλαβον τὴν κολόκυνθαν, μηδὲν, ὧν ἤλπισαν, εὑρόντες. Καὶ οὕτω, θανὼν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων καὶ αὐταδέλφων Μηνοδώρας, Νυμφοδώρας, καὶ Μητροδώρας.

Ἡ μάρτυς Μηνοδώρα, μετὰ Νυμφοδώρας καὶ Μητρόδώρας τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς ὑπῆργεν ἐπὶ τῆς βα-

σιλείας Μαξιμιανοῦ, ἐκ τῆς χώρας Βιθυνίας, κατοικοῦσα ἐν τοῖς πυθίοις, ἔνθα τὰ θερμὰ ἐξέρχονται ὕδατα. Τὸν Χριστὸν δὲ ἀγαπῶσάι, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τοὺς Ἕλληνας διδάσκουσαι, ἐκρατήθησαν, παρὰ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος. Καὶ ἐρωτηθεῖσαι, ὡμολόγησαν τὸν Χριστόν. Διὰ τοῦτο τύπτεται πρῶτον ἡ πρώτη ἀδελφὴ Μηνοδώρα· καὶ ῥάβδοις συντρίβεται τὰ σκέλη αὐτῆς. Καὶ οὕτω προσευχομένη ἐτελειώθη. Ἠροσέταξε δὲ ὁ ἄρχων τεθῆναι τὸ λείψανον αὐτῆς ἔμπροσθεν τῶν ἄλλων ἀδελφῶν, πρὸς τὸ ἐκφοβῆσαι· καὶ εἶπε πρὸς αὐτάς· Θύσατε τοῖς θεοῖς ἵνα μὴ τά ὅμοια τῇ ἀδελφῇ ὑμῶν πάθητε. Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισεν, ἐκέλευσε τοῖς δημίοις καὶ αὐτὰς φονεῦσαι. Καὶ εὐθέως λαβόντες οἱ δήμιοι μοχλοὺς σιδηροῦς, συνέτριψαν πάντα τὰ μέλη αὐτῶν. Καὶ οὕτω τελειωθεῖσαι, ἐτάφησαν πλησίον τῶν θερμῶν ὑδάτων, ἰάσεις ἐπιτελοῦσαι.

rante, fuerunt. Habitabant autem in Pythiis, ubi calidæ prodeunt aquæ Cum vero Christum diligerent, atque in ejus nomine Græcos edocerent, comprehensæ a regionis præside atque interrogatæ, Christum professæ sunt. Quamobrem Menodora, sororum natu maxima, primum virgis cæditur, ejusque crura contunduntur : atque ita orans, decessit. Cujus reliquias jussit præses coram aliis sororibus apponi, ut terrorem illis incuteret : hortabaturque ut diis sacra facerent, ne eadem quæ soror, paterentur. Sed cum nihil dicendo efficeret, præcepit lictoribus ut et ipsas occiderent. Qui arreptis statim ferreis vectibus, omnia earum membra contuderunt. Atque ita martyrium consummantes, sepultæ sunt prope calidas aquas, multis sanitatem restituentes.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΙΑ'

EODEM MENSE. Die undecima

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Διοδώρου καὶ Διδύμου.

Διόδωρος, καὶ Δίδυμος, οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, ὑπῆρχον μὲν ἐκ τῆς πόλεως Λαοδικείας τῆς Συρίας. Χριστιανοὶ δὲ ὄντες, ἐδίδασκον πάντας ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ἐπιστρέφοντες, ἐβάπτιζον. Διαβληθέντες δὲ παρὰ τῶν δυσσεβῶν Ἑλλήνων τῷ τῆς Λαοδικείας ἄρχοντι, παρέστησαν τῷ κριτηρίῳ αὐτοῦ. Καὶ ἐρωτηθέντες, καὶ ἑαυτοὺς Χριστιανοὺς ὁμολογήσαντες, ἰσχυρῶς ἐτύφθησαν. Ἐπὶ πολὺ δὲ τιμωρηθέντες, καὶ τὸν Χριστὸν μὴ ἀρνησάμενοι, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῶν εἰδώλων πλάνην ἀνδρείως ἐλέγξαντες, καὶ τὸν ἄρχοντα, ὡς παράνομον, καὶ κακῶς πράττοντα ὀνειδίσαντες, καὶ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐμπτύσαντες, ὡς τὸν ἀληθινὸν Θεὸν καταλιποντα, καὶ ψευδέσιν εἰδώλοις προσκείμενον· εὐχαριστοῦντες, καὶ τῷ Χριστῷ προσευχόμενοι, ἐν αὐταῖς ταῖς βασάνοις ἀπέθανον.

Diodorus et Didymus, Christi martyres, ex urbe Syriæ Laodicea fuerunt. Cum autem Christiani essent, docebant omnes in nomine Domini Dei nostri, qui fecit cœlum et terram, et omnia quæ in eis sunt : multosque infidelium convertentes, baptizabant. Delati igitur ab impiis Græcis ad Laodiceæ præsidem, ad illius tribunal producuntur : interrogatique, cum se ipsos Christianos profiterentur, acriter vapularunt; diuque torti, cum non solum Christum non abnegarent, sed idolorum etiam imposturam constanter reprehenderent, præsidemque ut impium et iniquum traduceret, inque ejus os exspuerent, quod, verum Deum deserens, falsorum idolorum cultor esset ; in ipsis cruciatibus gratias agentes, Christumque precantes, mortui sunt.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Eodem die

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἴας, τῆς ἐν Περσίδι μαρτυρησάσης.

Ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ἴα ὑπῆρχεν ἀπὸ Κάστρου Ῥωμαϊκοῦ πλησίον διακειμένου τῆς χώρας Περσίδος· ὑπὸ δὲ Σαβωρίου τοῦ βασιλέως Περσῶν ἐκρατήθη αἰχμάλωτος μετὰ χιλιάδων ἐννέα Χριστιανῶν. Καὶ διαγνωσθεῖσα, ὅτι τὸν Χριστὸν σέβεται, παρεδόθη τοῖς ἀρχιμάγοις, ἐπὶ τῷ τιμωρηθῆναι. Οἵτινες ἀναγκάσαντες αὐτὴν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, οὐ μόνον οὐκ ἔπεισαν, ἀλλὰ καὶ κατεγελάσθησαν ὑπ' αὐτῆς. Διὰ τοῦτο ἐνεβλήθη εἰς φυλακὴν, χρόνον ὁλόκληρον τῷ λιμῷ καταπονουμένη. Εἶτα ἐκβληθεῖσα τῆς φυλακῆς, ἐτύφθη μετὰ ῥάβδων βοϊνων ἀκαθαρίστων, Καὶ πάλιν ἀποκλεισθεῖσα ἐπὶ δεκαπέντε μῆνας, παρέστη τῷ κριτηρίῳ τῶν ἀρχιμάγων. Καὶ δεθεῖσα σχοινίοις λεπτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς μηροὺς καὶ τὰ σκέλη συνεσφίχθη ὑπὸ στυρακίου· ἕως τὰ ὀστᾶ αὐτῆς τρισμὸν ἐποίησαν. Καὶ πάλιν ἐτύφθη διὰ λωρίων ὠμοβύρσων τὰς ψύας καὶ τὴν κοιλίαν. Καὶ μετὰ ταῦτα εὐχαριστοῦσα, διὰ ξίφους ἐτμήθη τὴν κεφαλήν,

Ia Christi martyr ex Castro Romano fuit, quod juxta regionem Persidis situm est. A Sapore autem Persarum rege una cum novem millibus Christianorum captiva abducta, Christumque colere deprehensa, traditur magorum principibus, ut torqueretur. A quibus cum deficere a Christo compelleretur, non modo ad id induci non potuit, sed potius eos derisit. Quamobrem in carcerem detruditur, ubi per annum integrum fame macerata est. Deinde e custodia educta, horrentibus malorum punicorum virgis cæditur, et rursus custodiæ traditur quindecim mensium spatio. Postea tribunali principum magorum sistitur ; ejusque manus, femora et crura hastili tenuibus adeo funibus astricta sunt, donec crepitum et stridorem illius ossa edidere. Ad hæc nervis bubulis in lumbis et ventre cæditur. Demum gratias agens, gladio decollatur.

Eodem die

31 *Commemoratio sanctæ Theodoræ Alexandrinæ.*

Sancta Theodora floruit imperatore Zenone. Hæc forma insigni, et locupletum parentum filia, nupserat viro pio ac timenti Deum. Dives autem quidam cum a diabolo commotus arderet illius amore, adhibita lena, factus est voti sui compos. Post commissum peccatum Theodora, cum facti illam pœniteret, neque ignominiam perferre posset, exuta muliebri stola, induit virilem pauperis habitum, ingressaque virorum monasterium, seipsam Theodorum nominavit: cum interim vir ejus in luctu perpetuo ac squalore propter illam jaceret: quæ tantas dæmonum tentationes pertulit, tamque grave adversus illos certamen suscepit, ut non solum peccati labem eluerit; sed multorum etiam miraculorum dono digna a Deo habita fuerit. Putantes autem monachi illam virum esse (omnem enim operam adhibuerat, ut lateret), dum eam post obitum abluerent, feminam invenerunt, Deum laudibus efferentes.

A

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμην τῆς ὁσίας Θεοδώρας τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Ἡ ὁσία Θεοδώρα ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ζήνωνος, ὡραΐαν τὴν ὄψιν, καὶ πλουσίων γονέων θυγάτηρ, ἔχουσα ἄνδρα εὐλαβῆ, καὶ φοβούμενον τὸν Θεόν. Ἀνήρ δέ τις πλούσιος, ὑπὸ τοῦ διαβόλου κινηθείς, ἐπεθύμησεν αὐτῆς, καὶ χρησάμενος γυναίῳ τινὶ τῶν πρὸς ταῦτα ἐπιτηδείων, ἐκλήρωσε τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ. Μετὰ δὲ τὴν ἁμαρτίαν μεταμεληθεῖσα ἡ Θεοδώρα, καὶ μὴ φέρουσα τὸ ὄνειδος, ἐξεδύσατο τὴν στολὴν αὐτῆς, καὶ ἐνεδύσατο ἱμάτια ἀνδρεῖα πενιχρά, καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἀνδρεῖον μοναστήριον, μετονομάσασα ἑαυτὴν Θεόδωρον. Ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς δι' αὐτὴν, ἦν θρηνῶν καὶ κοπτόμενος. Τοσούτους δὲ πειρασμοὺς ὑπέστη παρῆ τῶν δαιμόνων, καὶ τοσούτους ἀγῶνας ἐπεδείξατο, ὡς μὴ μόνον τοῦ ἁμαρτήματος λυτρωθῆναι, ἀλλὰ καὶ θαυμάτων ἀξιωθῆναι πολλῶν. Νομίζοντες δὲ οἱ μοναχοὶ, ὅτι ἀνήρ ἐστιν (ἐσπούδασε γὰρ λαθεῖν), μετὰ τελευτὴν ἀπολούοντες. εὗρον αὐτὴν κατὰ φύσιν γυναῖκα, καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεόν.

B

EODEM MENSE.

Die duodecima

32 *Certamen sacrosancti martyris Autonomi.*

Socrosanctus martyr Autonomus, Diocletiano imperatore, episcopus in Italia fuit. Ob motam autem in Christianos persecutionem relicta Italia in Bithyniam profectus, a Cornelio quodam Christiano exceptus est: ubi cum templum nomini Michaelis archistrategi excitasset, atque in eo Cornelium episcopum ordinasset, abiit Claudiopolim, ibique verbum Dei prædicabat. Reversus autem, ut Cornelium inviseret, cum in archistrategi Michaeli templo liturgiam celebraret in furorem concitavit Græcos, inique ferentes Christum ab eo, neglectis idolis, adorari. Quamobrem observato tempore, quo sacris operabatur, insiluere in ecclesiam: atque iis, qui circa ipsum erant, gladiis ac fustibus in fugam versis, sanctum virum in ipso altari crudeliter necarunt, qui spiritum Domino tradidit.

C

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΒ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Αὐτονόμου.

Αὐτόνομος ὁ ἱερομάρτυς, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ, ἐπίσκοπος γενόμενος Ἰταλίας. Διὰ δὲ τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν διωγμὸν, καταλιπὼν τὴν Ἰταλίαν, κατέλαβε τὴν Βιθυνίαν. Καὶ ὑπολιχθη παρὰ Κορνηλίου τινὸς Χριστιανοῦ. Κτίσας δὲ ναὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ, καὶ χειροτονήσας ἐν αὐτῷ ἐπίσκοπον τὸν Κορνήλιον, ἀπῆλθεν εἰς Κλαυδίου πόλιν, διδάσκων καὶ ἐκεῖ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Ὑποστρέψας δὲ, καὶ τὸν Κορνήλιον ἐπισκεψάμενος, καὶ λειτουργῶν ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ, εἰς μανίαν ἐκίνησε τοὺς Ἕλληνας, μὴ φέροντας βλέπειν τὸν μὲν Χριστὸν προσκυνούμενον ὑπ' αὐτοῦ, τὰ δὲ εἴδωλα καταφρονούμενα. Καὶ ἐπιτηρήσαντες τὸν καιρὸν, ὅτε ἐλειτούργει, εἰσεπήδησαν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων εἰς φυγὴν τρέψαντες, ἐν αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν ἅγιον ὠμῶς, καὶ ἀπανθρώπως ἐφόνευσαν, καὶ παρέδωκε τῷ Κυρίῳ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.

Eodem die

33 *Certamen sacrosancti martyris Cornuti.*

Sacrosanctus martyr Cornutus ex urbe Iconio fuit, presbyter pius, ac timens Deum. Mota autem in Christianos persecutione, cum Iconii præses crudelis, atque omnis humanitatis expers missus fuisset, ut Christianos ibi versantes torqueret, cæteris omnibus metu dilapsis, Cornutus, ab omnibus destitutus, obviam præsidi processit: interrogatusque, cum audacter Christum confiteretur, et seipsum perfectum Christianum prædicaret, idolorum autem imposturam redargueret, ipsumque præsidem irrideret, comprehensus est: pedibusque tenui funi adstrictis, per urbis Iconii plateas et vicos usque adeo raptatur, donec ejus sanguis,

D

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Κορνούτου.

Κορνοῦτος ὁ Ἱερομάρτυς ἦν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἰκονίου, πρεσβύτερος εὐλαβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεόν. Διωγμοῦ δὲ γενομένου κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ἀπεσγάλη ὁ ἄρχων τοῦ Ἰκονίου ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος εἰς τὸ βασανίσαι τοὺς ἐκεῖ Χριστιανούς· καὶ πάντων φυγόντων διὰ τὸν φόβον, ὁ Κορνοῦτος μόνος καταλειφθεὶς, ὑπήντησε τῷ ἄρχοντι. Καὶ ἐρωτηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, θαρσαλέως τὸν Χριστὸν ὡμολόγησε, καὶ ἑαυτὸν Χριστιανὸν τέλειον ἀνεκήρυξεν, ἐλέγξας καὶ τῶν εἰδώλων τὴν ἀπάτην, καὶ τὸν ἄρχοντα μυκτηρίσας· Διὰ τοῦτο κρατηθεὶς, καὶ δεθεὶς τοὺς πόδας σχοινίοις λεπτοῖς, σύρεται κατὰ τὰς πλατείας, καὶ ῥύμας τῆς πόλεως Ἰκονίου, ἕως τὸ αἷμα

αὐτοῦ ἔῤῥευσε ποταμιδὸν ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ τεθεὶς ὡσεὶ νεκρὸς ἡυχαρίστει τῷ Θεῷ προσευχόμενος. Καὶ οὕνω τιμωρηθεὶς ἐπιπολὺ, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς τὸν Χριστὸν ἐπικαλούμενος, προστάξει τοῦ ἄρχοντος, ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν, παραθέμενος τὴν ψυχὴν τῷ Θεῷ. A

fluvii instar, in terram effluëret, cum interim semivivus gratias ageret, Deoque preces offerret. Atque ita diu tortus, Christumque ad extremum usque spiritum invocans, postremo præsidis jussu capite plexus, animam Deo commendavit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Eodem die

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θεοδώρου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

34 *Certamen sancti martyris Theodori Alexandrini.*

Τοῦτον τὸν ἅγιον μάρτυρα Θεόδωρον, Χριστιανὸν ὄντα εὐλαβῆ καὶ ἀνάρετον, παῤῥησίᾳ κηρύττοντα τὸν Χριστὸν, καὶ Θεὸν ὁμολογοῦντα τοῦ παντὸς Δημιουργὸν, ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων δῆμος, εἰδωλολάτραι ὄντες, συναχθέντες ἐκράτησαν αὐτὸν, καὶ ἐτίμωρήσαντο ἰσχυρῶς. Καὶ πλέξαντες στέφανον ἀκάνθινον, περιέθηκαν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ μετὰ ῥαβδίων ἔτυπτον, καὶ εἰς τὴν πόλιν δέσμιον περιῆγον, χλευάζοντες αὐτὸν καὶ γελῶντες. Μετὰ τοῦτο ἔῤῥιψαν ἐν τῇ θαλάσσῃ. Αὖρα δὲ γαλήνης τοῦτον ἐπὶ τῆς ξηρᾶς σῶον διέσωσε. Καὶ πάλιν κρατηθεὶς, δεδεμένος παρέστη τῷ ἄρχοντι. Καὶ ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ πεισθεὶς, αὖθις ἐβασανίσθη. Καὶ δοξάζων τὸν Θεὸν, καὶ εὐχαριστῶν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ὀνόματι, ἐν αὐταῖς ταῖς βασάνοις, κατεδικάσθη παρὰ τοῦ ἄρχοντος ἀποκεφαλισθῆναι. Καὶ ἀπαγαγόντες αὐτὸν οἱ στρασιῶται εἰς τὸν τόπον τῶν καταδίκων, ἀπεκεφάλισαν. Καὶ οὕτω τελειωθεὶς, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. B

Hunc sanctum martyrem Theodorum, Christianum pium ac virtute præditum, cum libere Christum prædicaret, eumque Deum ac rerum omnium Conditorem assereret, Alexandrinus populus, idolorum superstitioni addictus, in unum coactus, captum acriter excruciavit. Deinde spineam coronam plectens, capiti ejus imposuit; et virgis cæsum, per urbem vinctum circumduxit, ludibrio et sannis expositum. Post hæc in mare demersum, levissimus ventus in terram ejecit incolumem. Rursusque comprehensus, præfecto vinctus sistitur: qui cum illum a Christi fide avertere non posset, iterum tormentis subjicit, gloriam Deo in ipsis cruciatibus dantem, ejusque nomini gratias agentem. Postremo præfecti sententia capite damnatus, et a militibus ad supplicii locum abductus, decollatus fuit. Atque ita martyrio defunctus, spiritum tradidit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΙΓ'

EODEM MENSE. Die decima tertia

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Μακροβίου, Γορδιανοῦ, καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν. C

35 *Certamen sanctorum martyrum Macrobii, Gordiani, et sociorum.*

Οὗτοι οἱ ἅγιοι μάρτυρες ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς βασιλείας Λικιννίου· ὁ μὲν Μακρόβιος ἀπὸ Καππαδοκίας, ὁ δὲ Γορδιανὸς ἀπὸ Παφλαγονίας. Νέοι δὲ ὄντες τὴν ἡλικίαν, καὶ ἀνδρεῖοι καὶ σώφρονες, ἦσαν τεταγμένοι δουλεύειν εἰς τὴν τοῦ βασιλέως τράπεζαν, καὶ ἀγαπώμενοι παρ' αὐτοῦ διὰ τὴν ἀρετὴν, καὶ τὸ τοῦ προσώπου κάλλος. Ἀλλὰ διαγνωσθέντες εἶναι Χριστιανοὶ, καὶ ποτὲ μὲν διὰ παρακλήσεως, ποτὲ δὲ δι' ἀπειλῆς ἀναγκαζόμενοι τὸν Χριστὸν ἀρνήσασθαι, καὶ μὴ πεισθέντες, ἐξωρίσθησαν εἰς τὴν χώραν Σκυθίας. Καὶ φθάσαντες ἐκεῖ, εὗρον τοὺς ἁγίους Ζωτικὸν, Λουκιανὸν, καὶ Ἥλεὶ ἀγωνιζομένους, ἀθλοῦντας διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν. Καὶ μετὰ πολλὰς τὰς βασάνους, ὁ μὲν Ζωτικὸς καὶ ὁ Λουκιανὸς ξίφει ἐτελειώθησαν. Αὐτοὶ δὲ, μετὰ τοῦ Ἥλεὶ, τῇ φυλακῇ παρεπέμφθησαν. Καὶ ὁ μὲν ἀπεκεφαλίσθη· Μακρόβιος δὲ καὶ Γορδιανὸς πυρὶ ἐτελειώθησαν. Ὁ δὲ Οὐαλεριανὸς ἐπὶ τῷ τάφῳ τῶν ἁγίων θρηνῶν ἐξέπνευσεν. D

Hi sancti martyres Lycinio imperatore claruerunt: et Macrobius quidem ex Cappadocia ortum duxit; Gordianus vero ex Paphlagonia. Cum autem florenti essent ætate, et fortitudine, sapientiaque præditi, id muneris obibant, ut ad imperatoris mensam ministrarent; et ab illo ob virtutem suam, et egregiam corporis formam maxime diligebantur. Sed fidei Christianæ accusati, cum nec adhortationibus, nec minis ad Christum abnegandum induci possent, relegantur in Scythiam. Quo deportati, invenerunt sanctos Zoticum, Lucianum, et Heli fortissime pro Christi confessione pugnantes. Post multos autem cruciatus, Zoticus quidem, et Lucianus capite plexi sunt: ipsi vero una cum Heli in carcerem detrusi. Atque ille quidem decollatus est: Macrobius autem, et Gordianus in ignem conjecti occubuere; Valerianus vero ad sepulcrum sanctorum plorans, spiritum emisit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Eodem die

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἰουλιανοῦ τοῦ ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας.

36 *Certamen sacrosancti martyris Juliani Ancyræ in Galatia.*

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Λικιννίου ἦν διωγμὸς μέγας κατὰ τῶν Χριστιανῶν· ἐγγὺς δὲ Ἀγκύρας τῆς Γαλατίας ὑπῆρχε πρεσβύτερος εὐλαβὴς ὄνομα Ἰουλιανός. Διὰ δὲ τὸν διωγμὸν ἔφυγε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς

Licinio imperatore magna persecutio adversus Christianos mota est. Erat autem prope Ancyram Galatiæ presbyter pius, nomine Julianus, qui tandæ persecutionis causa in densum monte

[illegible]

C [illegible]

... καὶ [illegible] εἰς [illegible].

[illegible] potestas foret. Quam ubi vidit, in hanc vocem [illegible] typus expressus fuit.

[illegible]

D

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος [illegible].

Ὁ ὅσιος Ῥωμανὸς, ὑπῆρχε μὲν ἀπὸ Συρίας, διάκονος τυγχάνων τῆς ἐν Βηρυτῷ ἁγίας Ἐκκλησίας· Καταλαβὼν δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως, ἀπῆλθε, καὶ κατέμεινεν ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου εἰς τὰ Κύρου, ὅπου καὶ τὸ χάρισμα τῶν κοντακίων ἐδέξατο. Ἐν ἀβλαβείᾳ γὰρ διάγων, καὶ διανυκτερεύων, καὶ λιτανεύων ἐν τῇ παννυχίδι τῶν Βλαχερνῶν, ὑπέστρεφε πάλιν εἰς τὰ Κύρου. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν νυκτῶν, κοιμωμένῳ αὐτῷ, ἐφάνη καθ' ὕπνους ἡ ὑπεραγία Θεοτόκος, καὶ ἐπέδωκε τόμον χάρτου, καὶ εἶπε· Λάβε τὸν χάρτην, καὶ κατάφαγε αὐτόν. Ἐνόμισεν οὖν ὁ ἅγιος ἀνοῖξαι τὸ στόμα, καὶ καταπιεῖν τὸν χάρτην. Ἡ δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἁγίων Χριστουγέν- C νων. Καὶ εὐθέως ἐγερθεὶς ἐκ τοῦ ὕπνου, ἐθαύμαζε, καὶ ἐδόξαζε τὸν Θεόν. Εἶτα ἀναβὰς εἰς τὸν ἄμβωνα, ἤρξατο τοῦ ψάλλειν· Ἡ παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει. Ποιήσας δὲ καὶ ἑτέρων ἑορτῶν κοντάκια, ὡς περὶ τὰ χίλια, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Eodem die

82 *Commemoratio sancti Romani scriptoris contaciorum.*

Sanctus Romanus fuit ex Syria, sanctæ Ecclesiæ Beryti diaconus. Constantinopolim autem temporibus Anastasii imperatoris profectus, commoratus est in templo sanctissimæ Dei Genitricis in ædibus Cyri: ubi etiam contaciorum donum accepit. Cum enim summa Deum pietate coleret, in oratione pernoctans, pervigilium Blaschernarum agere solebat, et ad Cyri ædes regredi. Quadam igitur nocte dormienti ei apparuit in somnis sanctissima Deipara, chartæque tomum tradidit, inquiens: Accipe chartam, et devora eam. Videbatur autem sibi sanctus aperire os, et chartam devorare. Erat vero festum sancti Natalis Christi. Itaque statim excitatus e somno, admiratione plenus, Deum glorificavit. Deinde conscenso ambone psallere cœpit: *Virgo parit nobis hodie supersubstantialem.* Cumque alioram etiam festorum contacia ad mille scripsisset, migravit ad Dominum.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δομνίνου.

Ὁ ἅγιος μάρτυς Δομνῖνος, ὑπῆρχεν ἀπὸ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης, Χριστιανὸς εὐλαβὴς, καὶ τὸν Θεὸν φοβούμενος· Τοῦ δὲ Μαξιμιανοῦ βασίλεια κτίζοντος ἐν Θεσσαλονίκῃ, διαγνωσθεὶς ὡς Χριστιανὸς, ἐκρατήθη, καὶ παρέστη αὐτῷ. Καὶ εἶπεν ὁ Μαξιμιανὸς μετ' ὀργῆς πρὸς αὐτόν· Πῶς ἐμοῦ ἐνταῦθα παρόντος, οὐ τολμᾷς Χριστιανὸν σεαυτὸν ἀνακηρύττειν καὶ D τοὺς θεοὺς ἀποστρεφόμενος, ἕτερον Θεὸν ὁμολογεῖν; Ἀλλὰ θῦσον αὐτοῖς, εἰ βούλει ζῆσαι. Τοῦ δὲ ἁγίου εἰπόντος, ἵνα Θεὸν γινώσκειν καὶ αὐτὸν προσκυνεῖν, καὶ σέβεσθαι· τῶν δὲ νομιζομένων θεῶν καταφρονεῖν χρῆ [ναι] πάντα Χριστιανὸν· προσέταξεν ὁ Μαξιμιανὸς τοῖς στρατιώταις, μάστιξι καταξαίνειν τὸ στόμα αὐτοῦ. Ὡς δὲ ἔβλεπεν αὐτὸν ἀμετάθετον τὴν γνώμην ἔχοντα πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκέλευσεν ἀπενεχθέντα τῆς πόλεως ἔξω συντριβῆναι τὰ σκέλη. Καὶ οὕτω συνθλασθεὶς, ἑπτὰ ἡμέρας ἐκαρτέρησε ζῶν, μὴ μετασχὼν τροφῆς. Καὶ μέχρι τέλους εὐχαριστῶν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα.

Eodem die

83 *Certamen sancti martyris Domini.*

Sanctus martyr Domninus fuit ex urbe Thessalonica, Christianus pius, Deumque timens. Cum autem Maximianus regiam Thessalonicæ ædificaret, cognitus Christianus esse, corripitur, eique sistitur: cui Maximianus vehementi ira accensus: Audes, inquit, me hic præsente, Christianum in ipsum profiteri, deosque aversatus, alium Deum colere? Verum sacrifica illis, si saluti tuæ consultum velis. Ad hæc sanctus: Unum, inquit, Deum cognoscere oportet, cumque adorare ac vrnerari; cæteros autem, qui putantur, deos contemnere, omnem Christianum decet. Tum Maximianus præcepit militibus ut flagris os ejus percuterent. Cumque eum adhuc in fide Domini nostri Jesu Christi constantem cerneret, jussit extra urbem abducto crura confringi. Atque ita confractus, septem adhuc dies superstes fuit, nullo sumpto cibo: et ad extremum usque gratias agens, spiritum reddidit.

EODEM MENSE.

Die secunda

84 *Certamen sanctorum Cypriani et Justinæ.*

Cyprianus, sapiens pontifex, Decio imperante, Antiochiæ Syriæ natus, primum philosophus erat, et magicis artibus apprime eruditus : sed postea Christianus hac ratione factus est. Justinam virginem in eadem urbe, quæ ab Optato episcopo baptizata fuerat, Græcus quidam, Idas dictus, ardenter amabat. Sed cum voti sui compos fieri non posset, confugit ad Cyprianum, rogans eum ut magicis artibus Justinam ad sibi consentiendum induceret. Cum vero Cyprianus fornicationis dæmones ad sollicitandam virginem tertio destinasset, ejus tamen animum expugnare nequivit, quæ fundendis ad Deum precibus semper intenta erat. Sed ipse potius a postremo, quem miserat, dæmone correptus, intellexit, vanam ac futilem esse magicam artem. Quamobrem combustis libris, baptizatus est : eumque in virtute progressum fecit, ut episcopus ordinatus fuerit, multosque Christi fidem docuerit. Tandem una cum Justina comprehensus a Damasci præfecto, pro Christo decollatus est.

Eodem die

85 *Certamen sancti Patris nostri Theophili confessoris.*

Sancti Pater noster Christique confessor Theophilus, monachus fuit pius Deumque timens, imperante Leone Isauro ; quem cum videret in id summo studio incumbere, ut sacras imagines subverteret, omnesque ad Iconomachorum hæresim traheret ; divino zelo accensus, adiit eum : atque confidenti animo objurgavit, prævaricatorem eum, Antichristi præcursorem, fideique orthodoxæ desertorem inclamando. Quare in iram et indignationem illum excitans, primum quidem gravissime cæditur : deinde in carcerem includitur, ut inedia corpus conficeretur. Postea e custodia eductus, cum rursus impelleretur ut sanctarum imaginum cultum et adorationem ejuraret, nec ad id induci posset, in exsilium pulsus est, in quo multas ærumnas plurimasque molestias perpessus, et pro omnibus Deum glorificans, ejusque sancto nomini gratias agens, ad Christum lætus migravit.

EODEM MENSE.

Die tertia

85 *Certamen sacrosancti martyris Dionysii Areopagitæ, Athenarum episcopi.*

Magnus Dionysius in urbe Athenarum unus ex iis, qui gloria, divitiis, et sapientia excellebant, in eo, quem Areopagum vocant, causarum judex erat. Cum vero sanctus apostolus Paulus Athenas profectus, Christum prædicaret, uti erat acri ingenio, veritatem facile intellexit, et in Christum credidit : baptizatusque, Athenarum episcopus ordinatur, multosque Græcorum docuit, et ad Deum conversos

A

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Β'

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Κυπριανοῦ καὶ Ἰουστίνης.

Κυπριανὸς ὁ σοφὸς ἱεράρχης, ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου, ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας. Ἦν δὲ φιλόσοφος καὶ μάγος τέλειος. Ἀλλ' ὕστερον γέγονε Χριστιανὸς ἀπὸ ὑποθέσεως τοιαύτης· Παρθένος τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, Ἰουστίνη ὄνομα, βαπτισθεῖσα παρὰ Ὀπτάτου τοῦ ἐπισκόπου. Ἀνήρ δέ τις Ἕλλην, Ἴδας καλούμενος, ἐπεθύμησεν αὐτῆς· καὶ μὴ τυχὼν τῆς ἐπιθυμίας, προσέδραμε τῷ Κυπριανῷ, παρακαλῶν αὐτὸν, διὰ μαγείας πεῖσαι τὴν Ἰουστίναν, ὑπακοῦσαι αὐτῷ. Ἀποστείλας δὲ ὁ Κυπριανὸς ἐκ τρίτου δαίμονας τῆς πορνείας πρὸς τὴν παρθένον, καὶ μὴ πείσας αὐτὴν προσευχομένην τῷ Θεῷ διαπαντὸς, ἐδαιμονίσθη αὐτός· τοῦ ἐσχάτου δαίμονος στραφέντος, καὶ εἰσελθόντος εἰς αὐτόν. Καὶ συνιδὼν, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ ἡ μαγικὴ τέχνη, ἔκαυσε τὰ βιβλία αὐτοῦ καὶ ἐβαπτίσθη. Καὶ τοσοῦτον ἐγένετο ἐνάρετος, ὡς καὶ ἐπίσκοπος γενέσθαι, καὶ πολλοὺς διδάξει τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν. Ὕστερον δὲ κρατηθεὶς μετὰ τῆς Ἰουστίνης παρὰ τοῦ τῆς Δαμασκοῦ ἄρχοντος, ὑπὲρ Χριστοῦ ἀπεκεφαλίσθη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοφίλου τοῦ ὁμολογητοῦ.

Ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴς τοῦ Χριστοῦ Θεόφιλος, ἦν μοναχὸς εὐλαβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου. Ὃν ἰδὼν σπουδάζοντα καταστρέψαι τὰς ἁγίας εἰκόνας, καὶ πάντας πρὸς τὴν Εἰκονομάχων αἵρεσιν ἐπιστρέψαι, ζήλῳ θείῳ κινηθεὶς ἐστάθη ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ μετὰ παῤῥησίας ἤλεγξεν αὐτὸν, παρανομον αὐτὸν εἰπὼν, καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου πρόδρομον, καὶ ἀρνητὴν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Εἰς θυμὸν οὖν καὶ ὀργὴν κινήσας αὐτὸν, πρῶτον μὲν ἐτύφθη σφοδρῶς, καὶ εἰς φυλακὴν ἐνεβλήθη, καὶ ὑπὸ λιμοῦ τὸ σῶμα κατεδαπανήθη. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς, καὶ πάλιν ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκύνησιν καὶ τὸ σέβας, καὶ μὴ πεισθεὶς, εἰς ἐξορίαν ἀποστέλλεται. Καὶ ἐκεῖ πολλοὺς πειρασμοὺς ὑπομείνας, καὶ μυρία δεινὰ παθὼν, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν Θεὸν δοξάζων, καὶ τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ εὐχαριστῶν, πρὸς Χριστὸν χαίρων ἐξεδήμησεν.

B

C

D

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Γ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, ἐπισκόπου Ἀθηνῶν.

Ὁ μέγας Διονύσιος ὑπῆρχε μὲν ἐν Ἀθήνῃ τῇ πόλει εἷς τῶν ἐνδόξων, καὶ πλουσίων, καὶ σοφῶν· ἔκρινε δὲ εἰς τὸν λεγόμενον Ἄρειον πάγον τὰς δίκας. Ἀπελθόντος δὲ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου εἰς Ἀθήνας, καὶ κηρύττοντος τὸν Χριστὸν, ταχὺς ὢν τὴν σύνεσιν, ἐπέγνω τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐπίστευσεν εἰς Χριστόν. Καὶ βαπτισθεὶς, χειροτονεῖται ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν· διδάσκων πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων,

καὶ πρὸς Θεὸν ἐπιστρέφων, καὶ βαπτίζων. Ἔμαθε δὲ καὶ τὰ ἀπόῤῥητα μυστηρια τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἱεροθέου τοῦ ἱερισκόπου. Καὶ συνεγράψατο βιβλία πολλὰ περὶ τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων. Διαβληθεὶς δὲ τῷ τῶν Ἀθηνῶν ἄρχοντι παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, ἐκρατήθη μετὰ δύο μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πολλὰ τιμωρηθέντες, πρῶτος μὲν αὐτός ἀπεκεφαλίσθη. Καὶ δεξάμενος τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ταῖς οἰκείαις χερσὶ, περιεπάτησε μίλια δύο. Καὶ οὐ πρότερον ἔθηκεν, αὐτὴν, ἕως συήντησε γυναικὶ Χριστιανῇ, καὶ ἐπέδωκεν αὐτήν. Ἔπειτα ἀπεκεφαλίσθησαν καὶ οἱ δύο μαθηταὶ αὐτοῦ.

A baptizavit. Didicit etiam arcana Dei mysteria a sancto Hierotheo episcopo, et multos libros de cœlestibus virtutibus conscripsit. Delatus autem ad Athenarum præfectum ab idolatris, comprehenditur cum duobus discipulis : cumque multa tormenta subiissent, primus quidem ipse decollatur, qui suis manibus caput ad duo milliaria sustulit, nec prius deposuit, quam Christianæ feminæ obviam factus, illud ei tradidit. Postea et duo ejus discipuli capite obtruncati sunt.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

Δ'

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀδαύκτου καὶ Καλλισθένης τῆς αὐτοῦ θυγατρός.

Ἄδαυκτος ὁ μάρτυς, ὑπῆρχε μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως Ἐφέσου. ἐπεῖχε δὲ τὴν τοῦ δουκὸς ἀξίαν, ἐπὶ Μαξιμίνου τοῦ βασιλέως, ἔχων καὶ θυγατέρα παρθένον καὶ εὐμορφοτάτην, Καλλίσθένην ὀνόματι. Ἀκούσας δὲ ὁ Μαξιμίνος περὶ αὐτῆς, ἀπέστειλεν ἐλθεῖν αὐτὴν πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς ἔκρυψεν αὐτὴν, φυγαδεύσας εἰς τὰ μέρη τῆς Ἀνατολῆς. Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Μαξιμῖνος, καὶ ὀργισθεὶς, ἐκράτησε τὸν Ἄδαυκτον προφάσει τοῦ Χριστιανισμοῦ· καὶ δημεύσας, ἐξώρισεν εἰς Μεσοποταμίαν, γράψας τῷ τῆς Μεσοποταμίας ἄρχοντι, ἀναγκάσαι μὲν αὐτὸν θῦσαι τοῖς εἰδώλοις· μὴ πειθόμενον δὲ, φονεῦσαι. Ὁ δὲ ἄρχων μὴ πείσας αὐτὸν, ἀπεκεφάλισεν. Εἶτα ἐτάφη παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς θυγατρός. Τῆς δὲ βασιλείας κρατήσαντος Λικιννίου, προσῆλθεν ἡ Καλλισθένη τῇ βασιλίσσῃ, καὶ διηγήσατο πάντα. Καὶ τῆς βασιλίδος προστάξει μετεκόμισε τοῦ πατρὸς αὐτῆς τὸ λείψανον εἰς Ἔφεσον. Εἶτα καὶ αὐτὴ καλῶς βιώσασ[α] ἐτελειώθη.

EODEM MENSE.

Die quarta

B **87** *Certamen sanctorum martyrum Adaucti et Callisthenes ejus filiæ.*

Adauctus martyr ex urbe Epheso oriundus, ducis dignitate temporibus Maximini imperatoris ornatus, filiam virginem ac venustissimam habuit Callisthenem nomine : cujus forma captus Maximinus, jussit eam ad se adduci. At pater cum illam occultasset, in Orientis partes ama ndavit. Quod ubi Maximinus intellexit, furore percitus, Adauctum obtenta Christianæ fidei causa correptum, et proscriptum, in Mesopotamiam relegavit, cum mandatis ad Mesopotamiæ præfectum, ut eum ad sacrificandum idolis compelleret; secus facientem, interimeret. Adauctus igitur, in sententia perseverans, capite damnatus est a præfecto, sepultusque ab uxore et filia. Sed cum rerum potitus esset Licinius, adiit Callisthene Augustam, a qua, re omni, uti se habuerat, exposita, impetravit, ut patris reliquias Ephesum transferret ; ubi ipsa cum vitam recte traduxisset, decessit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Πέτρου ἐπισκόπου Καπετωλέων.

Ἕλλην ὑπῆρχεν οὗτος ὁ Πέτρος· ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐγεύσατο, πιστεύσας ἐβαπτίσθη μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν τέκνων, καὶ ὅλου τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Εἶτα ἀναγνοὺς, καὶ μαθὼν τὴν θείαν Γραφὴν, τῆς τῶν Καπετωλέων ἐκκλησίας προεχειρίσθη ἐπίσκοπος. Πολλοὺς δὲ τῶν Ἑλλήνων διδάσκων, καὶ πρὸς Χριστὸν ἐπιστρέφων, διωγμοῦ κινηθέντος κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ἐκρατήθη παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν· καὶ σφοδρῶς τυφθεὶς, καὶ ἁλύσεσι δεθεὶς, παρεδόθη τῷ ἄρχοντι. Ὁ δὲ ἄρχων μὴ πείσας αὐτὸν, θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξέτεμε, καὶ τὰ ὦτα ἀπέκοψε, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας ἐνευροκόπησε. Μετὰ δὲ τὸ ποιῆσαι ταύτας τὰς τιμωρίας σταυρὸν εὐτρεπίσας, ἐκρέμασε τὸν ἅγιον, εὐχόμενον πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ λέγοντα. Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Ἔπι δὲ ἐμπίοντα, ἦλθον οἱ στρατιῶται, καὶ ἀπεκεφάλισαν αὐτόν· καὶ οὕτως ἐτελειώθη.

Eodem die

88 *Certamen sacrosancti martyris Petri, episcopi Capitoleorum.*

Græcus erat hic Petrus : sed ubi primum Christi doctrinam degustavit, credidit, baptizatusque fuit cum uxore, liberis, totaque familia. Deinde divinam Scripturam legens ac discens, Capitoleorum Ecclesiæ episcopus renuntiatur. Cum vero multos Græcorum docendo ad Christum convertisset, mota adversus Christianos persecutione, ab idolatris captus gravissime cæditur; catenisque constrictus, ad præsidem adducitur : qui cum eum ad sacrificandum idolis inducere nequiret, eruit ei oculos, linguam præcidit, aures amputavit, manuum pedumque nervos succidit. Post hos cruciatus, in præparatam crucem sanctum egit orantem ad Deum ac dicentem : *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* [5]. Tandem adhuc spiranti milites caput obtruncaverunt : atque ita vitam finivit.

[5] Act. VII, 59.

Eodem die

89 *Dormitio sancti Patris nostri Pauli Simplicis.*

Paulus cognomento ac moribus Simplex, agricola fuit. Cum autem uxorem forma quidem corporis venustam, at perditis moribus duxisset, rediretque aliquando ex agro domum, uxorem cum adultero peccantem deprehendit. Quare, relicta domo ac pueris suis, secessit in solitudinem; profectusque ad magnum Antonium, petebat ut monachum se initiaret: cujus senectutem intuitus Antonius: Sexaginta, inquit, annorum senex laboribus ac molestiis nequaquam par est. Cui Paulus: Siquid mihi imperaveris, faciam. Antonius igitur periculo facto, cum eum ad omnia sustinenda paratum invenisset, totondit, et monachum fecit, ædificatamque seorsim in altero specu cellulam ei tradidit: ubi tanto studio se ipsum in omni virtutum genere excoluit, ut miracula patrare meruerit: a juvene enim dæmonium habente, qui ad Antonium venerat, illo tum absente, Paulus dæmonium fugavit. Post hæc vita functus est.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἡ κοίμησις τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Παύλου τοῦ Ἁπλοῦ.

Παῦλος ὁ ἐπικληθεὶς διὰ τὸν τρόπον Ἁπλοῦς, ὑπῆρχε μὲν γεωργος, συνεζεύχθη δὲ γυναικὶ ὡραίᾳ τὴν μορφὴν, ἀλλὰ κακοτρόπῳ τὴν γνώμην. Ἐλθὼν δέ ποτε ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, εὗρε τὴν γυναῖκα μετὰ μοιχοῦ ἁμαρτάνουσαν. Καὶ καταλιπὼν καὶ τὸν οἶκον, καὶ τὰ παιδία αὐτοῦ, ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον. Καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὸν μέγαν Ἀντώνιον, παρεκάλει ποιῆσαι αὐτὸν μοναχόν. Ὁ δὲ ἰδὼν αὐτόν γέροντα, εἶπεν· Ἑξήκοντα ἐτῶν γέρων πειρασμοὺς ὑπομεῖναι οὐ δύναται. Καὶ ὁ Παῦλος εἶπεν· Εἴτι μοι εἴπῃς, ποιῶ. Καὶ ἀποπειράσας αὐτὸν, εὗρεν, ὅτι πάντα ὑπομένει. Καὶ ἐκούρευσεν αὐτὸν, καὶ ἐποίησε μοναχόν. Καὶ κτίσας κελλίον κατ' ἰδίαν εἰς ἕτερον σπήλαιον, ἔδωκε μένειν ἐκεῖ. Οὕτω δὲ ἠγωνίσατο εἰς ἀρετὴν, ὡς καὶ τοῦ θαυματουργεῖν ἀξιωθῆναι. Νεανίσκου γὰρ τινος ἔχοντος δαίμονα πρὸς Ἀντώνιον ἐλθόντος, τοῦ Ἀντωνίου παρσχωρήσαντος, ἐξέβαλεν αὐτόν. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐτελειώθη.

Eodem die

90 *Certamen sacrosancti martyris Dionysii patriarchæ Alexandrini.*

Sanctus Pater noster Dionysius claruit tempore Valeriani et Gallieni imperatorum. Cum autem persecutio in Christianos omnes, præcipue vero in episcopos, mota esset (quod imperatores existimarent, si episcopi retinerentur, cæteros Christianos nullo negotio sub potestatem casuros), comprehensus ab Alexandriæ præfecto sanctus Dionysius, compulsusque Christum abnegare et idolis sacrificare, cum ad id induci nulla ratione posset, in interiorem Ægyptum relegatur, ut omnis videndi illius facultas amicis admiretur. Quo in exsilio cum fide Christi ad se accedentes imbuere non cessaret, non lapidibus solum ab idololatris petitus, variisque tormentorum generibus excruciatus fuit; sed in locum etiam horridiorem incultioremque rursus præfecti jussu deportatur, ubi, plurimis toleratis molestiis, sacrum demum caput gladio ei amputatur.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Διονυσίου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Διονύσιος, ἦν ἐπὶ τῶν χρόνων Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλιηνοῦ τῶν βασιλέων. Διωγμοῦ δὲ κινηθέντος κατὰ τῶν Χριστιανῶν, μάλιστα δὲ κατὰ τῶν ἐπισκόπων, νομισάντων τῶν βασιλέων, ὅτι ἐὰν οἱ ἐπίσκοποι παρασταλῶσιν, εὐκόλως τοὺς λοιποὺς Χριστιανοὺς ὑποχειρίους ποιήσουσι· κρατήσας ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἄρχων τὸν ἅγιον Διονύσιον, καὶ πολλὰ καταναγκάσας, ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πείσας, ἐξώρισεν εἰς τὴν ἐνδοτέραν Λιβύην, προστάξας μὴ βλέπεσθαι αὐτὸν ὑπό τινος τῶν φίλων αὐτοῦ. Ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν ἐξορίαν, καὶ διδάσκων τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν τοὺς προσερχομένους αὐτῷ, οὐ μόνον ἐλιθάσθη παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ διαφόρως ἐβασανίσθη, ἀλλ' ἐξωρίσθη πάλιν παρὰ τοῦ ἄρχοντος εἰς τραχύτερον τόπον καὶ ἀοίκητον. Ἔνθα πολλοὺς πειρασμοὺς ὑπομείνας, τέλος τὴν ἱερὰν αὐτοῦ κεφαλὴν διὰ ξίφους ἀπετμήθη.

Eodem die

91 *Certamen sanctorum martyrum et diaconorum Gaii, Fausti, Eusebii et Cheremonis.*

Discipuli fuerunt hi diaconi et martyres, sacrosancti martyris Dionysii: et Gaius quidem, ac Faustus exsilii illius comites, post multos cruciatus et ærumnas martyrio defuncti sunt. Eusebius autem, et Chæremon, postquam magister et antistes eorum damnatus exsilio est, divina adjuti virtute, eos qui in vinculis erant, sanctos adibant, eisque ministrabant: sanctorum etiam martyrum reliquias colligentes sepeliebant: atque ita perstitere usque ad Decii imperatoris tempora, nequaquam se subducentes, sed maxima Christum libertate confitentes, salutaremque illius incarnationem omnibus prædi-

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων καὶ διακόνων, Γαΐου, Φαύστου, Εὐσεβίου, καὶ Χαιρήμονος.

Μαθηταὶ ὑπῆρχον οὗτοι οἱ διάκονοι καὶ μάρτυρες τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Διονυσίου. Καὶ ὁ μὲν Γάϊος καὶ ὁ Φαῦστος σὺν αὐτῷ ἐξορισθέντες, καὶ πολλὰ βασανισθέντες, καὶ ταλαιπωρηθέντες, τὸ διὰ μαρτυρίου τέλος ἐγέξαντο. Ὁ δὲ Εὐσέβιος καὶ ὁ Χαιρήμων, μετὰ τὴν τοῦ διδασκάλου αὐτῶν καὶ ἀρχιερέως ἐξορίαν, ὑπὸ Θεοῦ δυναμωθέντες, καὶ τοὺς ἐν φυλακαῖς ἁγίους ἐπισκεπτόμενοι, καὶ θεραπεύοντες, καὶ τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων λείψανα περιστέλλοντες καὶ θάπτοντες, διήρκεσαν ἕως τῆς βασιλείας Δεκίου, μὴ ὑποστελλόμενοι τὸ σύνολον, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν

αὐτοῦ σωτήριον ἐνανθρώπησιν τοῖς πᾶσιν ἀνακηρύττοντες· διὰ τοῦτο κρατηθέντες καὶ σίδηρ παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ δεθέντες ἁλύσεσι σιδηραῖς, τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας παρεδόθησαν ἄρχοντι. Καὶ πολλαῖς βασάνοις ὑποβληθέντες, τέλος ὁ μὲν Εὐσέβιος ἐπὶ ξύλου κρεμασθεὶς, καὶ ξεσθεὶς ἐτελειώθη. Ὁ δὲ Χαιρήμων ῥάβδοις τυπτόμενος ἐξέπνευσεν.

A cantes. Quamobrem comprehensi et ipsi ab idololatris, et catenis ferreis constricti, Alexandriæ præfecto sistuntur; et varie torti, tandem Eusebius in equuleum actus, depexusque, decessit; Chæremon vero virgis cæcus exspiravit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ Ἱεράρχου Ἱεροθέου.

Ἱερόθεος ὁ μέγας Ἱεράρχης ὑπῆρχε μὲν εἷς τῶν ἐννέα βουλευτῶν ἐν Ἀθήναις τῇ πόλει, διδάσκαλος δὲ Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου. Διδαχθεὶς δὲ τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἠκολούθει αὐτοῖς, καὶ συνεδοξολόγει, ἐξοδίους ὕμνους συμπλέκων καὶ ψάλλων ἐν τῇ κοιμήσει τῆς ἁγίας ὑπερενδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ διαπρέπων ἐνώπιον τῶν ἀποστόλων κατὰ πάντα. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἔφθασε σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς καὶ τὸν ἅγιον Διονύσιον, μετὰ τὸ πιστεῦσαι εἰς Χριστὸν ὑπὸ τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Παύλου, τῇ δυνάμει καὶ συνεργίᾳ τοῦ παναγίου Πνεύματος, διδάξαι τὰ περὶ τῶν οὐρανίων δυνάμεων, καὶ τῶν ἀγγελικῶν τάξεων, καὶ πάντος τοῦ οὐρανίου κόσμου. Συνεγράψακο δὲ καὶ ἄλλας βίβλους πολλὰς περὶ μυστηρίων μεγάλων διαγορευούσας. Βιώσας δὲ τὸν ὅλον τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον ἐν εὐλαβείᾳ καὶ ἀρετῇ, καὶ τὸν Θεὸν πολλὰ θεραπεύσας, καὶ διὰ τοῦτο καὶ χαρισμάτων πολλῶν ἀξιωθεὶς, τελειωθεὶς, ἀνεπαύσατο.

Eodem die

92 *Commemoratio sancti Patris nostri Hierothei pontificis.*

Hierotheus, magnus pontifex, fuit unus ex novem virorum numero qui Athenis senatores erant, magister Dionysii Arcopagiitæ: Christi autem fide a sanctis apostolis imbutus, eosque secutus, una cum ipsis res divinas celebrabat, exodios hymnos com- B ponens, et concinens in dormitione sanctæ et gloriosissimæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ. Cumque in apostolorum oculis honestissime versaretur, eo sapientiæ et cognitionis divinæ processit, ut sanctum Dionysium, quem magnus apostolus Paulus ad Christi fidem converterat, virrute, adjunctaque opera sanctissimi Spiritus de cœlestibus virtutibus, atque angelicis ordinibus deque universo cœlesti orbe docuerit. Cumque totum vitæ suæ tempus in pietate et virtute consumpsisset, multumque Deo serviisset, multaque idcirco dona promeruisset, in pace requievit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Δομετίου τοῦ Πέρσου.

Ὁ ἅγιος Δομέτιος ὑπῆρχεν ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου ἐκ τῆς χώρας Περσῶν· ἐδιδάχθη δὲ ὑπὸ Χριστιανοῦ τινος τὴν εὐσέβειαν, καὶ βαπτισθεὶς, ἀφεὶς καὶ γονεῖς καὶ πλοῦτον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Σεργίου καὶ Βάκχου, πλησίον Θεοδοσιουπόλεως· καὶ ἐγένετο μοναχός. Ἐν ᾧ καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ χειροτονεῖται διάκονος· καὶ λειτουργοῦντος τοῦ ἀρχιμανδρίτου, κρατῶν τὸ βιβλιοθήριον πλησίον τῆς ἁγίας τραπέζης, ὁρᾷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς περιπτόμενον ἐπὶ τὰ ἅγια δῶρα, καὶ ἐπικαθήμενον αὐτοῖς. Τοσοῦτον γὰρ εἶχε καθαρὰν τὴν ψυχὴν, ὡς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματοειδῶς θεωρεῖν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ φωτίζεσθαι τὴν διάνοιαν. Βουληθέντος δὲ τοῦ ἀρχιμανδρίτου χειροτονῆσαι αὐτὸν καὶ πρεσβύτερον, φυγὼν, ἀπῆλθεν ἔν τινι σπηλαίῳ. Ἔνθα πολλοὺς τῶν προσερχομένων αὐτῷ διδάσκων ὠφέλει. Καὶ μαθὼν τοῦτο Ἰουλιανὸς ὁ Παραβάτης, ἀποστείλας ἐλιθοβόλησεν αὐτόν.

C

Eodem die

93 *Certamen sancti Dometii Persæ.*

Sanctus Dometius Persa, Constantino Magno imperante, pietatem a Christiano quodam edoctus, et baptizatus, relictis parentibus et divitiis, sese in sanctorum Sergii et Bacchi monasterium Theodosiopoli proximum recepit: ubi monachus primum factus est; tum ob egregias animi dotes diaconus ordinatus. Cum vero liturgiam aliquando archimandrita celebraret, Dometius, qui flabellum prope sacram mensam præ manibus tenebat, vidit Spiritum sanctum sub columbæ specie sacra dona circumvolitatem, et super ipsis insidentem: sic enim puram animam habebat, ut et sanctum Spiritum in forma corporea cerneret, mensque ejus ab eodem D illustraretur. Cum autem et presbyterum eum archimandrita ordinare vellet, fugam arripuit, et in speluncam se abdidit: ubi cum multos eorum, qui ad se accedebant, docendo juvasset, Julianus apostata, re cognita, misit qui lapidibus eum obruerent.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου Ἀμοῦν τοῦ Αἰγυπτίου.

Ἀμοῦν ὁ θεοφόρος ἐν ἀσκηταῖς μὲν ἐγένετο θαυμασὸς· ὑπῆρχε δὲ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, φιλομόναχος ὢν ἀπὸ νεότητος· κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς Μαξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως, ἀναχώρησεν εἰς τὴν ἔρημον· καὶ ἐπελθὼν μοναμόνας ἡσύχαζεν, ἓν μόνον ἱμάτιον

Eodem die

94 *Commemoratio sancti Amun Ægyptii.*

Amun theophorus, inter insectas admirabilis, ex Ægypto ortum duxit, monasticæ vitæ ab adolescentia sua studiosus. Cum autem Maximianus imperator rerum potiretur, abiit in eremum, quiete solus agens, unoque pallio contentus, quod noctes dies-

que gestabat, herbisque pro cibo utens, quas tellus sponte sua ferebat. Vixit autem usque ad Antonii Magni certamina qui cum aliquando sedens, fratres utilia animæ verba doceret, vidit beatam Amun animam e corpore egressam, angelorum manibus in cœlum efferri : et statim exsurgens, Deum glorificabat. Rogatus autem ab iis qui aderant, quod viderat, indicavit. Illi igitur notata hora profecti in Ægyptum, post decem dies comperere, eadem hora, qua dixerat Antonius, sanctum Amum obdormiisse.

φέων νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ τρεφόμενος ἐκ τῶν φυομένων βοτανῶν. Διήρκεσε δὲ ἡ ζωὴ αὐτοῦ μέχρι τῶν ἀγνώτων τοῦ Μεγάλου Ἀντωνίου· ἐξ οὗ καὶ τὴν μακαρίας ψυχῆς τοῦ Ἀμοῦν τοῦ σώματος ἐξελθούσης, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀναφερομένης, καθεζόμενος ὁ ἅγιος Ἀντώνιος, καὶ διδάσκων τινὰς τῶν ἀδελφῶν ψυχωφελῆ ῥήματα, ἰδὼν τὴν ψυχὴν, ἐξαίφνης ἀναστὰς, ἔβλεπεν αὐτὴν ὀφικευομένην ὑπὸ ἀγγέλων· καὶ ἐδόξαζε τὸν Θεόν. Ἐρωτήσαντες δὲ οἱ παρόντες καὶ μαθόντες τὸ πρᾶγμα, ἠκρίβωσαν τὴν ὥραν, καὶ ἀπελθόντες εἰς Αἴγυπτον, μετὰ δεκάτην ἡμέραν εὗρον, ὅτι ἐκοιμήθη ὁ ἅγιος Ἀμοῦν κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν, ἣν εἶπεν Ἀντώνιος.

EODEM MENSE.

Die quinta

95 *Certamen sanctæ martyris Mamelchthæ.*

Sancta Mamelchta ex Perside fuit, templi quidem Dianæ sacerdos, sed sororem Christianam habens. Cum autem in somnis vidisset angelum Dei sibi Christianorum mysteria ostendentem, excitata cum terrore de somno, rem omnem sorori aperuit : a qua ad episcopum adducitur. Episcopus vero, intellecto visionis symbolo. Christianam, inquit, oportet te fieri. Statimque illam, sororis manibus de sacro fonte susceptam, baptizavit. Quare vehementi furore correpti gentiles, multis excruciatam tormentis, lapidibusque obrutam interfecere, splendida adhuc sacri baptismatis veste indutam, atque in profundissimum lacum demersere : unde vix a Christianis extracta est. Adiit autem Persarum regem episcopus, impetravitque, ut, everso Dianæ templo, ecclesiam sanctæ martyris nomine excitaret : quod cum ædificasset, pretiosas ejus reliquas ibi deposuit,

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ε'

Ἀθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Μαμέλχθης.

Ἡ ἁγία Μαμέχθα ὑπῆρχε μὲν ἐκ Περσίδος, ἱέρεια δὲ τοῦ ναοῦ Ἀρτέμιδος, ἔχουσα καὶ ἀδελφὴν Χριστιανήν. Κατενεχθεῖσα δὲ εἰς ὕπτον, εἶδεν ἄγγελον Θεοῦ δεικνύοντα αὐτῇ τὰ μυστήρια τῶν Χριστιανῶν. Καὶ ἀναστᾶσα ἔμφοβος, διηγεῖται τῇ ἀδελφῇ· Ἡ δὲ ἄγει αὐτὴν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον. Καὶ μαθὼν ἐπίσκοπος τὰ τῆς ἀπτασίας εἶπεν αὐτῇ, ὅτι Ὀφείλεις Χριστιανὴ γενέσθαι· ἦν εὐθέως ἐβάπτισε, καὶ ἐδέξατο αὐτὴν ἡ ἰδία ἀδελφή. Ὅθεν μανέντες οἱ Ἕλληνες, ἐτιμωρήσαντο αὐτὴν, καὶ ἀπέκτειναν λίθοις, ἔτι τὰ ἐμφώτια τοῦ ἁγίου βαπτίσματος περιβεβλημένην. Καὶ ἔῤῥιψαν εἰς λάκκον βαθύτατον, οὗ Χριστιανοὶ μόλις αὐτὴν ἀνήγαγον. Προσελθὼν τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ αἰτήσας ἔλαβεν ἐξουσίαν τοῦ καταλῦσαι μὲν τὸν ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος, οἰκοδομῆσαι δὲ ἐκκλησίαν ἐπ' ὀνόματι τῆς Ἁγίας μάρτυρος· ἣν καὶ κτίσας, ἐν αὐτῷ τὸ τίμιον αὐτῆς ἀπέθετο λείψανον.

EODEM MENSE.

Die sexta

96 *Certamen sanctæ martyris Charitinæ.*

Charitina Christi maryr fuit temporibus Diocletiani imperatoris, et Domitii comitis, serva Claudii cujusdam : de qua cum ad comitem rumor venisset, scripsit hic ad illius dominum, ut ea ad se mitteretur, propterea quod de ea tanquam Christiana haberi quæstionem oporteret. Tum dominus mœrore affectus et sacco indutus, sortem illius deplorabat. Illa vero dominum suum consolabatur : Ne te afflictes, inquiens, domine mi : ego enim reliquias meas pro meis tuisque peccatis tradam. Cui ille : Memento mei apud cœlestem regem. Igitur missa ad comitem, seque ipsam Christianam professa, primum capite raso, et cadenti carbone consperso ; deinde ingenti e collo ejus appenso lapide, in mare demersa, aquam maris pro baptismo habuit. Unde egressa. ad conspectum comitis venit, animosque adstantium rei magnitudine attoni tos reddidit : postremo evulsis dentibus, præcisisque manum ac pedum digitis, vitam finivit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἀθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Χαριτίνης.

Ἡ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Χαριτίνη, ὑπῆρχεν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ Δομετίου κόμητος, δούλη οὖσα Κλαυδίου τινός. Περὶ ἧς ὁ κόμης ἀκούσας, γράφει τῷ κυρίῳ αὐτῆς ἀποστεῖλαι πρὸς αὐτὸν αὐτὴν εἰς ἐξέτασιν ὡς Χριστιανὴν ὑπάρχουσαν. Ὁ δὲ κύριος αὐτῆς λυπηθεὶς, σάκκον ἐνδυσάμενος ἐθρήνει αὐτήν. Ἡ δὲ παρεμυθεῖτο αὐτὸν, λέγουσα· Μὴ λυποῦ, χύριέ μου. Τὰ γὰρ λείψανά μου, ὑπὲρ τῶν ἐμῶν καὶ τῶν σῶν παραπτωμάτων δίδωμι. Ὁ δὲ εἶπεν· Μέμνησό μου ἐπὶ τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως. Τότε ἀπεστάλη τῷ κόμητι· καὶ Χριστιανὴν ἑαυτὴν ὁμολογήσασα, ξυρίζεται τὴν κεφαλήν· καὶ ζέουσαν ἀνθρακιὰν καταπάσσεται. Εἶτα δεσμεῖται λίθῳ βαρεῖ, καὶ ῥίπτεται ἐν τῇ θαλάσσῃ. Καὶ ἐδέξατο τὸ ὕδωρ εἰς βάπτισμα· καὶ ἐξελθοῦσα, ἐνεφανίσθη τῷ κόμητι. Καὶ ἰδόντες αὐτὴν οἱ περιεστῶτες, ἐθαύμασαν. Τότε τοῖς ὀδόντας ἐκριζωθεῖσα, καὶ τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν τοὺς δακτύλους ἀποκοπεῖσα, ἐτελειώθη.

EODEM MENSE.

Die septima

97 *Certamen sancti Thomæ apostoli.*

Post Domini nostri Jesu Caristi ascensionem, cum

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ζ'.

Ἀθλησις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ.

Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ

Χριστοῦ, ἕκαστος τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀπελθὼν εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτῷ χώραν, ἐδίδασκεν. Ἔλαχε δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ Θωμᾷ ἡ τῶν Ἰνδῶν χώρα. Καὶ ἀπελθὼν ἐν αὐτῇ, ἐκήρυττε τὸν Χριστόν. Πιστευσάσης δὲ διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ τῆς γυναικὸς τοῦ βασιλέως τῶν Ἰνδῶν, μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, τῷ Χριστῷ, διεγνώσθη ὁ Θωμᾶς, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως προστάξει, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν, μετὰ καὶ ἑτέρων δεσμωτῶν. Δόντες δὲ χρήματα τοῖς στρατιώταις ὁ υἱὸς τοῦ βασιλέως, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι, εἰσῆλθον πρὸς αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ ἐβαπτίσθησαν. Καὶ μετὰ χρόνον ἱκανὸν ἐξ αὐτῶν ἐχειροτονήθησαν πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι. Καὶ ἐδίδασκον ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ βασιλεὺς καὶ ὀργισθείς, ἐξήγαγε τὸν ἀπόστολον προσέταξεν ἀποκτεῖναι. Ἀναγαγόντες οὖν εἰς τὸ ἀπέκτειναν.

A apostolorum singuli in eam, quæ sorte sibi obvenerat, regionem profecti, docerent, obtigit sancto Thomæ Indorum regio, ubi Christum prædicavit. Cum autem ad Christi fidem uxorem regis Indorum ejusque filium convertisset, defertur ad regem, qui Thomam in carcerem cum aliis vinctis detrudi jussit. Corruptis autem pecunia militibus, regis filius cum matre, atque aliis non paucis, carcerem ingressi, ab eo baptizati sunt; et post idoneum tempus ordinati fuere ex his presbyteri, et diaconi, qui in nomine Christi docebant Quod ubi rex intellexit, iratus, eductum e carcere apostolum, et militibus traditum, jussit occidi. Abductum itaque sanctum in montem, lancea transverberantes, interfecerunt.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νικήτα τοῦ ὁμολογητοῦ.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Νικήτας καὶ ὁμολογητὴς τοῦ Χριστοῦ, ὑπῆρχε συγγενὴς Εἰρήνης τῆς βασιλίσσης, ἥτις προσελάβετο αὐτὸν, οὐ διὰ τὴν συγγένειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ. Οὕτως γὰρ ἠγωνίσατο καὶ ἐγένετο ἐνάρετος, ὡς καὶ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν ἱερᾷ συνόδῳ τὸ δεύτερον, ἐκ προσώπου τῆς δεσποίνης ἐξαποσταλῆναι, καὶ θεαρέστως ἐν αὐτῇ διαπρέψαι. Ἔχων δὲ πολλὴν ἱκανότητα, τιμηθεὶς πατρίκιος, προεχειρίσθη στρατηγὸς Σικελίας. Καὶ καλῶς ἐν αὐτῇ πράξας, καὶ χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐλεήσας, ὑπέστρεψεν. Εὑρὼν δὲ κρατήσαντα τῆς βασιλείας τὸν Εἰκονομάχον Λέοντα τὸν Ἀρμένιον, καταλιπὼν ἀξίωμα, πλοῦτον καὶ πᾶσαν δόξαν τοῦ κόσμου γέγονε μοναχός. Καὶ μαθὼν περὶ αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς, καὶ θέλων αὐτὸν τιμωρήσασθαι, ἐμήνυσεν αὐτῷ, ἀποστεῖλαι τὴν εἰκόνα τοῦ Σωτῆρος, ὅπως κατακαύσῃ αὐτήν. Μὴ πεισθέντα δὲ τοῦτο ποιῆσαι, ἐξώρισε, καὶ ἐν τῇ ἐξορίᾳ πολλὰ πειρασθεὶς, ἐτελειώθη.

Eodem die

98 *Commemoratio sancti Patris nostri Nicetæ confessoris.*

Sanctus Pater noster Christique confessor Nicetas, Irenes Augustæ propinquus, ei non tam ob propinquitatem, quam ob suam virtutem acceptus erat. Sic enim in certaminibus ac virtutum exercitationibus excelluit, ut ad sanctam Nicænam secundam synodum, imperatricis legatus, missus fuerit; quo in munere egregie et insigniter, ut Deo placitum est, se gessit. Erat enim ad omnia præclare gerenda maxime idoneus. Quare patriciatus honore cumulatus, Siciliæ strategus declaratur: qua etiam provincia optime administrata, multa præcipue erga viduas et pupillos benignitate usus domum rediit. Verum quia imperio potitus erat Leo Armenus Iconomachus, remisso dignitati, divitiis, omnique mundanæ gloriæ nuntio, monachus efficitur. Quod cum imperator rescivisset, volens illum tormentis subjicere, imperavit ut Servatoris imaginem mitteret, quo illam combureret. Sed cum id facere detrectaret, illum relegavit: qui in exsilio multis confectus ærumnis, decessit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ζ'

EODEM MENSE.

Die septima

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου.

99 *Certamen sanctorum martyrum Sergii et Bacchi.*

Σέργιος καὶ Βάκχος οἱ ἔνδοξοι τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, ὑπῆρχον ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως, ὡραῖοι τὸ εἶδος, καὶ τῷ βασιλεῖ περιβλεπτοι. Ὁ μὲν Σέργιος πριμικήριος· ὁ δὲ Βάκχος δεύτερος αὐτοῦ· Ἀμφότεροι δὲ εὐλαβεῖς, καὶ σεβόμενοι τὸν Χριστόν. Διὰ τοῦτο καὶ διαβληθέντες τῷ βασιλεῖ, ἠναγκάζοντο θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Καὶ μὴ καταδεξάμενοι, πρῶτον μὲν ἀφῃρέθησαν τῶν ἀξιωμάτων αὐτῶν, καὶ τῶν μανιακίων. Καὶ τὴν ἀνὸρικὴν ἐκδυθέντες στολὴν, ἐνεδύθησαν ἱμάτια γυναικεῖα δημευόμενοι μέσον τῆς πόλεως. Ἔπειτα ἐπέμφθησαν πρὸς τὸν τῆς Αὐγουστουπόλεως ἄρχοντα, ἐπὶ τῷ παρ' ἐκείνου τιμωρηθῆναι. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν περιεπάτει ἔμπροσθεν αὐτῶν ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, ὁδηγῶν αὐτούς. Εἶτα πα-

D Sergius et Bacchus, gloriosi Christi martyres, Maximiano imperatore claruere, egregia corporis forma præditi, et spectabili apud eumdem imperatorem loco. Sergius enim primicerius erat, et Bacchus ab ipso secundus: uterque autem pius, et Christum colens. Quamobrem delati ad imperatorem, idolis sacrificare compelluntur. Sed cum ad id adduci nequirent, primum quidem dignitate, torque, et virili toga spoliantur: deinde muliebri stola induti, perque urbem circumducti, mittuntur ad Augustopoleos præfectum, ut ab eo torquerentur. In itinere vero præibat illis angelus Dei. Perducti igitur ad præfectum, Bacchus prior certamine initus in ipsis tormentis mortuus est: deinde Sergius c

ceamentis ferreis, quæ ad pedes acutis clavis affixa erant indutus, et currere coactus, gladio vitam finivit.

Eodem die

190 *Certamen sanctæ martyris Pelagiæ.*

Pelagia martyr ex urbe Tarso fuit temporibus Diocletiani imperatoris. Cum autem Clinus episcopus multos ex Græcis baptizaret, ipsa vidit per quietem episcopum se ad baptismum adhortantem. Quare petita a matre venia, ut nutricem sibi convenire liceret, adiit episcopum, et baptizata est; traditaque post baptismum sua, quam episcopus in pauperes erogaret, maximi pretii stola, rediit ad matrem, quæ filiam in vii ac sordida veste conspicata, ea nequaquam admissa, in fletum erupit, et properans, filio Diocletiani, qui sibi Pelagiam desponderat uxorem, indicavit illam ad Christianorum sacra transiisse. Quod cum audisset adolescens dolore perculsus, sibi manum intulit. Quamobrem Diocletianus ejus pater, ira adversus sanctam accensus, correptam jussit bovineo subjecto igne includi et cremari.

EODEM MENSE.

Die octava

191 *Commemoratio alterius sanctæ Pelagiæ virginis Antiochenæ.*

Sancta Pelagia, Numeriano imperante, in urbe Syriæ Antiochia summo loco nata est; quam ubi urbis præfectus Christianam esse didicit, mittit milites, qui eam comprehenderent. Cum igitur milites abiissent, et domum ejus circumquaque obsedissent, ut illam raperent; id sancta conspicata, rogavit, ut paululum exspectarent, donec vestibus induta descenderet. Illis vero annuentibus, Pelagia erecto corpore, atque ad orientem in eo, ubi orare consueverat, loco conversa, manibus oculisque in cœlum sublatis, diutius precata Deum est, ne in militum potestatem veniret, sed antequam comprehenderetur, casta et pura ad ipsum migraret. Hæc cum dixisset, seque ipsam honeste composuisset, spiritum Domino tradidit. Præfectus vero una cum suis, ea re cognita, obstupuit, et miratus est.

Eodem die

192 *Commemoratio sanctæ Pelagiæ quondam meretricis.*

Sanctissimus Antiochiæ magnæ patriarcha coegit aliquando subditorum sibi episcoporum concilium ob quoddam ecclesiasticum negotium. In eorum numero fuit et Nonnus sanctus episcopus qui cum populum doceret, et Pelagia meretrix cum toto suo ornatu præteriret, lapidibus pretiosis, margaritis, atque auro onusta, luxuriosoque totius corporis cultu: adhæc tanta unguentorum copia

ραστέντες τῷ ἄρχοντι, πρῶτος ὁ Βάκχος ἀγωνισάμενος ἐν αὐταῖς ταῖς βασάνοις ἀπέθανεν. Ὁ δὲ Σέργιος ὑποδήμασι σιδηροῖς μετὰ ἥλων ὀξέων τοὺς πόδας καθηλωθείς, καὶ τρέχειν ἀναγκασθείς, ξίφει ἐτελειώθη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Πελαγίας.

Πελαγία ἡ μάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐκ τῆς πόλεως Ταρσοῦ. Κλίνου δὲ τοῦ ἐπισκόπου πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων βαπτίζοντος, ἡ ἁγία Πελαγία ὁρᾷ κατ' ὄναρ χαρακτῆρα τοῦ ἐπισκόπου παρακαλοῦντα αὐτὴν πρὸς τὸ βάπτισμα. Καὶ αἰτήσασα τὴν μητέρα, ὡς δὴ πρὸς τὴν τροφὸν ἀπελθεῖν, ἀπῆλθε πρὸς τὸν ἐπίσκοπον, καὶ ἐβαπτίσθη. Καὶ μετὰ τὸ βαστισθῆναι, δέδωκε τῷ ἐπισκόπῳ τὴν πολύτιμον αὐτῆς στολὴν δοῦναι τοῖς πτωχοῖς. Μετὰ ταῦτα ἀπελθοῦσα πρὸς τὴν μητέρα, οὐκ ἐδέχθη παρ' αὐτῆς. Ἀλλ' ἰδοῦσα αὐτῆς τὴν ταπεινὴν στολὴν, ἔκλαιε, καὶ δραμοῦσα, ἀνήγγειλε τῷ υἱῷ Διοκλητιανοῦ, τῷ θέλοντι αὐτὴν εἰς γυναῖκα, εἰποῦσα, ὅτι γέγονε Χριστιανὴ ἡ Πελαγία. Ὁ δὲ ἀκούσας, καὶ λυπηθείς, τῷ ἰδίῳ ξίφει ἑαυτὸν ἀνεῖλεν. Ὀργισθεὶς δὲ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Διοκλητιανὸς κατὰ τῆς ἁγίας, καὶ κρατήσας αὐτὴν, ἐνέβαλεν εἰς χαλκοῦν βοῦν ἐκπυρωθέντα, καὶ ἔκαυσε.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Η'

Μνήμη ἑτέρας ἁγίας Πελαγίας τῆς παρθένου, τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Ἡ ἁγία Πελαγία, ὑπῆρχεν ἐπὶ Νουμεριανοῦ τοῦ βασιλέως ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, γένους ἐνδόξου. Μαθὼν δὲ ὁ ἄρχων τῆς πόλεως, ὅτι Χριστιανή ἐστιν, ἀπέστειλε στρατιώτας τοῦ κρατῆσαι αὐτήν. Οἱ δὲ ἀπελθόντες περιεκύκλωσαν τὸν οἶκον αὐτῆς, βουλόμενοι τοῦ ἁρπάσαι αὐτήν. Μαθοῦσα δὲ τοῦτο ἡ ἁγία, παρεκάλεσε μικρὸν περιμεῖναι, ἕως ἂν ἐνδυσαμένη κατέλθῃ. Τῶν δὲ πεισθέντων ἐπὶ τῇ ὑποσχέσει, ἐκείνη σταθεῖσα πρὸς ἀνατολὰς ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ εἴωθε προσεύχεσθαι, ἀνατείνασα τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄρασα εἰς τὸν οὐρανὸν, προσηύξατο ἐπιπολὺ πρὸς τὸν Θεὸν, μὴ παραδοθῆναι τοῖς στρατιώταις, ἀλλὰ πρὸ τοῦ κρατηθῆναι, πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν ἁγνὴ καὶ καθαρά. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, καὶ σεμνῶς περιστείλασα ἑαυτὴν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα τῷ Κυρίῳ. Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ ἄρχων μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, ἐξεπλάγη, καὶ ἐθαύμασεν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τῆς ἁγίας Πελαγίας τῆς ἀπὸ ἑταιρίδων.

Ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας προσεκαλέσατο ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπους, διά τινα χρείαν ἐκκλησιαστικήν. Ἐν οἷς ἦν καὶ Νόννος ὁ ὅσιος ἐπίσκοπος. Τούτου δὲ τοῦ Νόννου διδάσκοντος τὸν λαὸν, γυνὴ τις πόρνη, ὀνόματι Πελαγία, διήρχετο μετὰ τοῦ ὀψικίου αὐτῆς, κοσμουμένη λίθοις, καὶ μαργαρίταις, καὶ χρυσῷ, καὶ τῇ λοιπῇ φαντασίᾳ· ὡς καὶ τὸν ἀέρα πληροῦσθαι

μύρου. Τῶν ἄλλων οὖν ἐπισκόπων ἀποστρεψάντων τοὺς ὀφθαλμοὺς, μόνος ὁ Νόννος ἔβλεπεν αὐτὴν ἀτενῶς. Εἶτα κλαύσας, εἶπεν, ὅτι Ταύτην ὁ Θεὸς μέλλει προσλαβέσθαι, φιλάνθρωπος ὤν. Καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν διδάσκοντος τοῦ ἐπισκόπου, ἤρατο καὶ ἡ Πελαγία μετὰ τοῦ λαοῦ. Καὶ οὕτως κατενύγη, ὡς καὶ βαπτισθῆναι, καὶ δοῦναι τοῖς πτωχοῖς πάντα τὸν πλοῦτον αὐτῆς. Εἶτα ἀπελθοῦσα εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ γενομένη μοναχὴ, τοσαύτην ἴσχε πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν, ὡς καὶ θαύματα πολλὰ ποιῆσαι, καὶ οὕτω τελειωθῆναι.

A perfusa, ut aer odoris fragrantia inficeretur : cæteris episcopis oculos ab ea avertentibus, ipse solus intentos in eam oculos defixit Nonnus : mox in lacrymas erupit inquiens : Hanc etiam Deus, qua est in homines clementia, suscipiet. Quare cum Nonnus docere, uti instituerat, pergeret, audivit et Pelagia una cum populo ; sicque compuncta est, ut et baptizaretur, et omnes divitias suas in pauperes erogaret. Deinde Hierosolyma profecta, et monasticum institutum amplexa, tantam apud Deum fiduciam nacta est ut et multa miracula fecerit. Atque ita migravit ad Dominum.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Θ'

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἰουβεντίνου καὶ Μαξίμου.

Οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες Ἰουβεντῖνος καὶ Μάζιμος, ὑπῆρχον ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου, ἔνοπλοι πεζοὶ, περιπατοῦντες ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἀγαπώμενοι παρ' αὐτοῦ διὰ τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν. Διατριβόντος δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, καὶ προστάξαντος μιανθῆναι τὰς πηγὰς, καὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ τὰ πωλούμενα βρώματα τῷ αἵματι τῶν θυσιῶν, ὅπως οἱ γενόμενοι αὐτῶν, καὶ μὴ θέλοντες μετέχωσι τῆς θυσίας τῶν εἰδώλων· ὁρῶντες οἱ ἅγιοι, ἐστέναζον δακρύοντες. Εἶτα καὶ ἐπὶ τραπέζης καθήμενοι καὶ ἐσθίοντες, θερμότερον ἔκλαυσαν, καὶ εἶπον πρὸς τὸν Θεόν. Ἵνα τί, Κύριε, παρέδωκας ἡμᾶς βασιλεῖ ἀποστάτῃ καὶ παρανόμῳ παρὰ πάντα τὰ ἔθνη ; Ταῦτά τις τῶν ὁμοτραπέζων ἀκούσας, κατεμήνυσε τῷ Ἰουλιανῷ. Ὁ δὲ ὀργισθεὶς, εὐθέως ἀποστείλας ἤγαγε τοὺς ἁγίους ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ πολλαῖς αὐτοὺς καὶ χαλεπαῖς βασανοις πρότερον ὑποβαλὼν, καὶ μὴ πεισας ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, ὕστερον τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἀπέτεμε.

B

C

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.
Μνήμη τῆς ὁσίας Ποπλίας τῆς διακόνου.

Καὶ ἡ ἁγία Ποπλια ἐπὶ Ἰουλιανοῦ ὑπῆρχε τοῦ Παραβάτου, εὐγενὴς μὲν οὖσα, διάκονος δὲ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας Ἐκκλησίας· καὶ περιβόητος μὲν εἰς ἀρετὴν· πρὸς ὀλίγον δὲ προσομιλήσασα γάμῳ, καὶ γεννήσασα Ἰωάννην τὸν ἀγιώτατον πρεσβύτερον· ἔχουσα δὲ χορὸν παρθένων, ἐδοξολόγει τὸν Θεόν. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν μεγάλῃ τῇ φωνῇ στιχολογούσης τὸν ψαλμὸν τὸν λέγοντα· Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον, καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων· ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς ! διήρχετο ὁ Ἰουλιανὸς καὶ ἀκούσας προσέταξε σιγῆσαι. Ἡ δὲ Ποπλία μᾶλλον μείζονα ἔψαλλε. Τότε ὀργισθεὶς, ὁ Παραβάτης, καὶ ἀγαγὼν αὐτὴν ἐνώπιον αὐτοῦ, προσέταξε τοῖς στρατιώταις τύπτειν αὐτὴν κατὰ τοῦ προσώπου. Ἡ δὲ ἁγία ἐλέγξασα τὴν ἀθεΐαν αὐτοῦ, ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, συνήθως ψάλλουσα, καὶ δοξολογοῦσα τὸν Θεὸν μετὰ τῶν λοιπῶν παρθένων. Εἶτα καλῶς βιώσασα, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

D

[a] Psal. cxiii, 4.

EODEM MENSE.

Die nona

108 *Certamen sanctorum martyrum Juventini, et Maximi.*

Christi martyres Juventinus et Maximus claruere temporibus Juliani apostatæ, cui etiam iter facienti pedites armati præcurrere soliti erant, cujusque benevolentiam ob suam fortitudinem sibi conciliarant. Cum autem in urbe Syriæ Antiochia versarentur, imperassetque ille victimarum sanguine fontes, fluvios, venalesque cibos pollui et fœdari, ut qui ea degustassent, vel inviti, sacrificii idolorum participes essent ; sibi temperare sancti non potuerunt, quin ingemiscerent, et lacrymarentur. Cumque ad mensam accubuissent, tum vero vehementius complorantes dixere : Cur nos, Deus, tradidisti imperatori apostatæ et prævaricatori præ cæteris gentibus ? Excepit hæc verba qui proxime assidebat, et detulit ad Julianum : qui, ira escandescens, statim sanctos ad se perductus, multisque ac diris tormentis excruciatos, cum ad abnegandum Christum illos inducere nequiret, capite obtruncari mandavit.

Eodem die

109 *Commemoratio sanctæ Publiæ diaconissæ.*

Sancta quoque Publia temporibus Juliani apostatæ fuit, et nobili genere nata, et in Ecclesia Antiochiæ Syriæ diaconissa ; virtutibus quidem celebris, quæque exiguo temporis spatio matrimonii lege copulata, sanctissimum presbyterum Joannem genuerat : chorum autem virginum habens, hymnos Deo concinebat. Quadam autem die, cum illius Psalmi verba magna voce caneret : « Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum ; similes illis fiant, qui faciunt ea et omnes qui confidunt in eis [a] » ; præteriens Julianus, idque audiens, tacere jussit. Sed tantum abfuit, ut Publia taceret, ut majori etiam vocis contentione psalleret. Quamobrem iratus Apostata, ad se adductæ faciem cædi a militibus mandavit. Illa vero objurgata ejus impietate domum regressa, more suo psallebat, et laudes Deo cum reliquis virginibus celebrabat. Demum cum optime vitam traduxisset, in pace decessit.

Eodem die

105 *Certamen sancti Dorothei, archiepiscopi Tyri.*

Dorotheus, vir celeberrimus, episcopus Tyri, qui universas Scripturæ historias callebat, cum persecutionis vitandæ causa fugisset, post Diocletiani et Licinii mortem Tyrum rediit, et sanctam Dei Ecclesiam ad Juliani Apostatæ tempora gubernavit. Sed cum Julianum occulte, non palam cædes Christianorum per præfectos suos perpetrare didicisset, Tyro discedens, in Thraciæ regionem se recepit: non tamen ibi idololatrarum manus effugere potuit. Comprehensus enim a Juliani præfectis, et multis supplicilis excruciatus, in ipsis tormentis, annos centum et septem natus, pro Christi confessione obiit, et beatam Christo animam tradidit, multa non mediocris utilitatis scripta relinquens.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Δωροθέου, ἀρχιεπισκόπου πόλεως Τύρου.

Δωρόθεος, ὁ δοίδιμος ἀνὴρ, ἐπίσκοπος γέγονε τῆς πόλεως Τύρου, πᾶσαν γραφικὴν ἐπιστάμενος ἱστορίαν. Καὶ ἦν μὲν φυγὼν διὰ τὸν διωγμόν. Μετὰ δὲ τελευτὴν Διοκλητιανοῦ καὶ Λικιννίου, καταλαβὼν πάλιν τὴν Τύρον, διεκυβέρνα τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν μέχρις Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου. Καὶ ἐπειδὴ οὐ φανερῶς, ἀλλὰ κρυπτως τὸ πρότερον διὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ ἐφόνευσεν ὁ Ἰουλιανὸς τοὺς Χριστιανούς, ἀκούσας ὁ ἅγιος Δωρόθεος, ἀνεχώρησεν ἐκ τῆς Τύρου, καὶ κατέλαβε τὴν χώραν τῆς Θρᾴκης. Ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖ τὸν ἐκ τῶν εἰδωλολατρῶν θάνατον διέφυγεν. Κρατηθεὶς γὰρ παρὰ τῶν Ἰουλιανοῦ ἀρχόντων, καὶ πολλὰς τιμωρίας ὑπομείνας, καίτοι γέρων ὤν, καὶ ἑκατὸν ἑπτὰ ἐτῶν ὑπάρχων, ἐν αὐταῖς ταῖς βασάνοις, διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, ἀπέθανε· καὶ παρέθετο τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν τῷ Χριστῷ, πολλὰ καὶ ψυχωφελῆ συγγράμματα πρότερον συνθεὶς, κτὶ καταλιπών.

Eodem die

106 *Certamen sancti apostoli Jacobi Alphæi.*

Jacobus, Christi apostolus, filius Alphæi, et frater Matthæi publicani et evangelistæ, verbum Christi prædicabat, et ea quæ ad æternum illius regnum spectant, omnes ad ipsum accedentes, Judæos et Græcos, docebat, magnamque hominum turbam in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizabat. Quod Judæi indigne ferentes, ejus interficiendi consilium ceperunt. Quare in unum locum coacti, comprehensum, multisque tormentis dire et crudeliter excruciatum, postremo virgis cæsum interemere; cum interim sanctus ad extremum spiritum laudes Domino nostro Jesu Christo tribueret, et gratias sancto ejus nomini ageret, quod illius ope et cooperatione diabolum, voluntatisque ejus ministros confudisset, atque vicisset. Et reddita hunc in modum beata anima, sepultus fuit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰακώβου τοῦ Ἀλφαίου.

Ἰάκωβος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος, ὑπῆρχε μὲν υἱὸς τοῦ Ἀλφαίου· ἀδελφὸς δὲ Ματθαίου τοῦ τελώνου καὶ εὐαγγελιστοῦ. Κηρύττων δὲ τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ, καὶ διδάσκων τὰ περὶ τῆς αἰωνίου βασιλείας αὐτοῦ πάντας τοὺς προσερχομένους αὐτῷ, Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας, καὶ πολλοὺς βαπτίζων διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μὴ φέροντες οἱ Ἰουδαῖοι, βουλὴν ποιήσαντες, καὶ ἐπισυναχθέντες, καὶ κρατήσαντες αὐτὸν, καὶ πολλὰ τιμωρήσαντες ὠμῶς καὶ ἀπανθρώπως, τελευταῖον ῥάβδοις πλήξαντες ἐφόνευσαν, δοξάζοντα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς· καὶ εὐχαριστοῦντα τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ὀνόματι, τῷ βοηθήσαντι, καὶ συνεργήσαντι αὐτῷ, εἰς τὸ καταισχῦναι, καὶ νικῆσαι τὸν διάβολον, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὰ θελήματα αὐτοῦ. Καὶ οὕτω παραδοὺς τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν, ἐτάφη.

EODEM MENSE.

Die decima

107 *Certamen sanctorum martyrum Eulampii et Eulampiæ.*

Eulampius Christi martyr, et Eulampia ejus soror, Nicomedienses, Maximiano imperatore, ut persecutionem devitarent, in montem se cum multis aliis Christianis abdidere. Profectus vero Eulampius in urbem ad annonam emendam, cum proposita in foro imperatoria edicta vidisset et legeret, comprehensus ab idolorum cultoribus, sistitur imperatori; et pertractus in idolorum templum, ut immolaret, precatus est Christum: collapsisque ad terram, et contritis idolis, torqueri cœpit. Quod ubi cognovit Eulampia soror, descendit de monte, et in media turba fratrem complexa, sociam se certaminis illi adjunxit. In ferventem igitur cacabum ambo conjecti, et incolumes egressi,

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Γ'

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Εὐλαμπίου καὶ Εὐλαμπίας.

Εὐλάμπιος ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, καὶ Εὐλαμπία ἡ αὐτοῦ ἀδελφὴ, ὑπῆρχον ἐκ τῆς πόλεως Νικομηδείας, ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ· διὰ δὲ τὸν διωγμὸν κατεκρύπτοντο, μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν Χριστιανῶν ἐν τῷ ὄρει. Κατελθὼν δὲ ὁ Εὐλάμπιος εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸ ἀγοράσαι τροφὰς, καὶ ἰδὼν γράμματα προτεθειμένα εἰς τὴν ἀγορὰν τῶν βασιλικῶν διατάξεων· καὶ ταῦτα σταθεὶς καὶ ἀναγινώσκων, ἐκρατήθη παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ παρέστη τῷ βασιλεῖ. Καὶ ἀναγκασθεὶς εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ θῦσαι, εἰσελθὼν προσηύξατο τῷ Χριστῷ· καὶ πεσόντα τὰ εἴδωλα συνετρίβησαν. Βασανιζομένου δὲ αὐτοῦ διὰ τοῦτο, μασοῦσα ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Εὐλαμπία τὸ γινόμενον, κατῆλθεν ἐκ τοῦ

δρους, καὶ περιεπλάκη τῷ ἀδελφῷ μέσον τοῦ ὄχλου, καὶ συνηγωνίζετο αὐτῷ· ὅθεν ἐμβληθέντες εἰς λέβητα κοχλάζοντα, ἐξῆλθον ἀδλαβεῖς. Καὶ ἰδόντες τὸ θαῦμα διακόσιοι στρατιῶται, ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀπεκεφαλίσθησαν.

A miraculo rei ducentos milites ad Christi fidem traxere, cum quibus capite plexi sunt.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Βασσιανοῦ.

Ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Βασσιανὸς, ἦν ἐξ Ἀνατολῶν τῆς Σύρων χώρας. Ἐπὶ δὲ Μαρκιανοῦ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει. Καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ γνωρίσας αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, ἐτίμα αὐτὸν ὡς πατέρα τοσοῦτον, ὅτι καὶ τὸν ναὸν ἔκτισεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ὅστις μέχρι τῆς σήμερον ὑπάρχει. Τοιοῦτος δὲ ἦν ψυχωφελῶν καὶ διδακτικὸς, ὡς πολλοὺς πείθειν τὸν κόσμον καταλιμπάνειν καὶ μοναχοὺς γίνεσθαι. Ἐξ ὧν ἦν καὶ ἡ ἁγία Ματρῶνα. Ἐκληθύνθη γὰρ ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ μέχρι τριακοσίων. Ἀλλὰ καὶ θαύματα πολλὰ ἐποίησε· καὶ τοὺς εἰς πταίσματα περιπεσόντας μεγάλα καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἐρχομένους, συμπαθὴς ὢν, τῶν τοῦ διαβόλου χειρῶν ἐλυτροῦτο, καὶ διὰ μετανοίας προσέφερε τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ. Ἦν δὲ καὶ προορατικὸς, καὶ προλέγων τὰ μέλλοντα, ὠφέλει πολλούς. Οὕτω δὲ βιώσας, ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε, καὶ ἐταφη παρὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ δηλωθέντι αὐτοῦ ναῷ.

B

Eodem die

108 *Commemoratio sancti Patris nostri Bassiani.*

Sanctus Pater noster Bassianus, ex orientali Syrorum regione oriundus, Marciano pio imperatore, Constantinopolim profectus, ob virtutem suam imperatori statim innotuit, qui non modo eum tanquam patrem colebat, sed et ædes illius nomine, quæ ad hunc usque diem exstant, ædificavit. Fuit enim ad docendum appositissimus, ut multis persuaderet, relicto sæculo monasticam vitam agere : in quorum numero fuit sancta Matrona : crevitque discipulorum ejus numerus usque ad trecentos. Ad hæc multa miracula patravit. Præterea si quis in gravissimum aliquod peccatum lapsus esset, et idcirco de sua salute desperaret, vir sanctus pari cum eo dolore suscepto, non prius conatu desistebat, quam lapsum e diaboli manibus ereptum, per pœnitentiam ad Deum clementissimum adduceret. Insuper prophetiæ dono illustris, cum futura prædiceret, multis profuit. Exacta per hunc modum vita, confectus senio migravit ad Dominum, et a discipulis suis in ædibus, quæ ejus nomen præferunt, sepultus est.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβου τοῦ ἀσκητοῦ.

Ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Ἰάκωβος ἐν ἀσκηταῖς μέγας ἐγένετο· νικήσας μὲν τὸν διάβολον, καὶ νικηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ περιπεσὼν, ἀλλὰ πάλιν νικήσας αὐτὸν γενναιότερον. Οἰκήσας γὰρ ἐν σπηλαίῳ, καὶ ἡσυχάσας ἔτη δεκαπέντε ἔλαβε παρὰ Θεοῦ ἐξουσίαν τοῦ διώκειν τοὺς δαίμονας. Θέλων δὲ αὐτὸν ὁ διάβολος ῥίψαι εἰς πορνείαν καὶ φονον, εἰσῆλθεν εἰς θυγατέρα πλουσίου τινὸς, καὶ παρεσκεύασεν αὐτὴν ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἅγιον. Ἐρευνήσαντες οὖν οἱ γονεῖς τῆς κόρης, καὶ εὑρόντες τὸ σπήλαιον, ἀπήγαγον αὐτὴν πρὸς αὐτὸν, καὶ παρεκάλεσαν θεραπεῦσαι· ὁ δὲ εὐξάμενος, ἐξήλασεν ἐκ τῆς κόρης τὸν δαίμονα. Καὶ φοβηθέντες οἱ γονεῖς αὐτῆς, μήπως εἰσέλθῃ πάλιν εἰς αὐτὴν ὁ δαίμων, ἀφῆκαν ἐκεῖ, ἕως οὗ τελείως ὑγιάνῃ. Ἔφθειρεν οὖν τὴν κόρην ὁ ἀσκητὴς· εἶτα ἐφόνευσε· καὶ φοβηθεὶς, ἔφυγε. Καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν μεταμεληθεὶς, εἰσῆλθεν εἰς τάφον κλαίων· καὶ τοσοῦτον ἐκαθαρίσθη τῆς ἁμαρτίας, ὡς ἐν ἀβροχίᾳ δι' εὐχῆς ὑετὸν καταγαγεῖν· καὶ οὕτω τελειωθῆναι.

C

D

Eodem die

109 *Commemoratio sancti Patris nostri Jacobi ascetæ.*

Sanctus Pater noster Jacobus magnus asceta, cum sæpe victoriam de diabolo retulisset, victus et ipse aliquando, tamen iterum eum eo congressus, superior e prælio discessit. Nam cum in spelunca annos quindecim tranquille egisset, dataque ipsi esset a Deo fugandorum dæmonum potestas, commotus invidia dæmon, sanctum virum in stuprum et homicidium pellexit. Ingressus enim cujusdam divitis filiam, suggessit ut Jacobum imploraret. Perscrutati igitur parentes puellæ speluncam, ductam ad sanctum filiam, rogarunt, ut liberaret : qui, adhibita prece, propulit ab ea dæmonem. Parentes vero veriti ne iterum a dæmonio corriperetur, ibi eam reliquerunt, quoad libera omnino redderetur. At asceta vitiavit puellam, et occidit. Quare timore perculsus, in fugam se conjecit. Sed in via pœnitentia ductus, effususque in lacrymas, in sepulcrum se abdidit : ubi peccatum sic expiavit, ut in magna siccitate imbrem de cœlo impetraverit. Atque item finem vivendi fecit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΑ'

EODEM MENSE.

Die undecima

Μνήμη τῶν ἁγίων Ζηναΐδος καὶ Φιλονίλλης τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς..

110 *Commemoratio sanctarum Zenaidis et Philonillæ sororum.*

Ἡ ὁσία Ζηναὶς μετὰ τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς Φιλονίλλης, ὑπῆρχεν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ταρσοῦ, συγγενὴς οὖσα τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου. Με-

Sancta Zenais cum sorore Philonilla, ex urbe Tarso fuit, sanguinis propinquitate sancto apostolo Paulo conjuncta. Et primum quidem medicinam

professa, deinde ab ipso apostolo fide Christi imbuta, valedixit arti, divitiis, et sorori; atque in remoto montis antro solitariam vitam agens, soli Deo, sibique vacabat, herbis tantum, quas prope speluncam tellus ipsa ferebat, famem sustentans: ad quas legendas aliquando egressa, pressit imprudens acutissimum clavum ligneum, diaboli opera humi defixum, indignissime ferentis, quod multi occulte ad eam ventitantes, ad Christi fidem traducerentur. Quæ cum dolori impar consedisset, ut e pede clavum tolleret, spiritum Domino tradidit. Philonilla autem domi consistens, eum non minori, quam soror, studio ad virtutem contendisset, magnoque semper cultu Deum prosecuta esset, in pace obdormivit,

ἤρχετο τὴν ἰατρικὴν τέχνην. Ἀλλὰ μαθητευθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ, κατέλιπε καὶ τὴν τέχνην, καὶ πάντα τὸν πλοῦτον αὐτῆς, καὶ τὴν ἀδελφήν. Καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος, καὶ εὑροῦσα σπήλαιον, εἰσῆλθεν ἐν αὐτῷ, καὶ ἡσύχασε, τῷ Θεῷ μόνῳ καὶ ἑαυτῇ προσέχουσα, καὶ τρεφομένη ἐκ τῶν παραφυομένων τῷ σπηλαίῳ βοτανῶν. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν, ἐξελθοῦσα τοῦ σπηλαίου πρὸς τὸ συναγαγεῖν βοτάνας, ἐπάτησεν ἧλον ξύλου ὀξύτατον ὑπὸ τῆς τοῦ διαβόλου συνεργίας, μὴ φέροντος βλέπειν τοὺς καθεκαστην πρὸς αὐτὴν ἐρχομένους κρύφα, καὶ πιστεύοντας δι' αὐτῆς τῷ Χριστῷ. Καὶ περιαλγὴς γενομένη, καὶ καθίσασα ἐκβαλεῖν τὸν ἧλον, παρέδωκε τὸ πνεῦμα τῷ Κυρίῳ. Ἡ δὲ Φιλονίλλα ἐν τῷ οἴκῳ μὲν καθεζομένη, μηδὲν δὲ τῆς ἀδελφῆς εἰς ἀρετὴν ἀπολειφθεῖσα, ἀλλὰ τὸν Θεὸν πολλὰ θεραπεύσασα, ἐν εἰρήνῃ ἐκοιμήθη.

Eodem die

111 *Commemoratio sancti apostoli Philippi, de quo fit mentio in Actibus sanctorum apostolorum.*

Philippus, Christi apostolus ex septem diaconorum numero, cum in urbe Joppe Christum prædicaret, jussus est a Spiritu sancto Gazam petere: quo in itinere obviam factus Candaci eunucho, reginæ Æthiopum præfecto, quadrigæ insidenti, prophetamque Isaiam legenti, accedens propius, quæsivit, num quæ legeret intelligeret. Cui ille: Qui possum, inquit, assequi sine duce et sine interprete? Elatusque in currum Philippus, illo quem eunuchus legebat, loco exposito, fide Christi eum instituit. Cumque ad aquam venissent, ait Philippo eunuchus: Edce aqua; quid prohibet me baptizari? Desiliens itaque ex curru, baptizatus est, neque amplius vidit Philippum: raptus enim fuit: sed reliquum iter lætus conficere perrexit. Philippus vero, Thrallis in Asia episcopus factus, vivere desiit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου, τοῦ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Φίλιππος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος ὑπῆρχε μὲν εἷς τῶν ἑπτὰ διακόνων. Ὢν δὲ ἐν τῇ πόλει Ἰόππῃ κηρύττων τὸν Χριστόν. Τῇ δὲ παρακελεύσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πορευόμενος ἀπὸ τῆς Ἰόππης πρὸς Γάζῃν τὴν πόλιν, συνήντησε τῷ τῆς βασιλίσσης τῶν Αἰθιόπων δυνάστῃ, εὐνούχῳ μὲν ὑπάρχοντι, Κανδάκῃ δὲ λεγομένῳ, ἐπὶ ἅρματος ἵππων κατεζομένῳ, καὶ ἀναγινώσκοντι τὸν προφήτην Ἡσαΐαν· καὶ προσελθὼν ἠρώτησεν αὐτόν· « Ἆρα γινώσκεις, ἃ ἀναγινώσκεις; Ὁ δὲ εἶπε· Πῶς ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με; » Καὶ εὐθέως ἀνεβίβασεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ἅρματος, καὶ διηρμήνευσεν αὐτῷ ἅπερ ἀνεγίνωσκε, καὶ ὡδήγησεν αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν. Καὶ εὑρόντες ὕδωρ, λέγει ὁ εὐνοῦχος τῷ Φιλίππῳ· « Ἰδοὺ ὕδωρ, τί κωλύει με βαπτισθῆναι; » Καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ ἅρματος ἐβαπτίσθη. Τὸν δὲ Φίλιππον οὐκ ἔτι εἶδεν· ἡρπάγη γὰρ· ἀλλ' ἐπορεύετο τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων. Μετὰ ταῦτα ὁ Φίλιππος ἐν Θράλλῃ τῆς Ἀσίας ἐπίσκοπος γενόμενος, ἐτελειώθη.

EODEM MENSE.

Die duodecima

112 *Commemoratio sanctæ septimæ synodi trecentorum sexaginta septem sanctorum Patrum.*

Sancta optima œcumenica synodus Nicæa secundo habita est Constantino et Irene ejus matre imperantibus, et Tarasio sanctissimo ac divino Patre nostro patriarcha Constantinopolitano. Cum autem sancti Patres numero trecenti sexaginta septem, jussu imperatoris, adversus Iconomachos convenissent, conscripto anathemate, quo omnes hæreses et hæresiarchas, simulque Iconomachos damnarunt, omnes uno ore conclamavere: Quisquis sacras imagines non colit, alienus est ab orthodoxorum fide: honor autem, qui imagini habetur, in prototypon, ut ait magnus Basilius, recidit: qui adorat et honorat imaginem, adorat in ea et honorat ejus, quem imago refert, hypostasim. Quæ cum decrevissent, orthodoxamque fidem scri-

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΒ'

Ἡ ἀνάμνησις τῆς ἁγίας ἑβδόμης συνόδου τῶν τῆς ἁγίων Πατέρων.

Ἡ ἁγία ἑβδόμη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐγένετο ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον, ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς αὐτοῦ μητέρος· ὑπάρχοντος πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Ταρασίου, τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν. Ὄντες δὲ οἱ ἅγιοι Πατέρες τὸν ἀριθμὸν τριακόσιοι ἑξηκοντατρία, συνῆλθον κελεύσει τοῦ βασιλέως κατὰ τῶν Εἰκονομάχων. Καὶ ἀνεθεμάτισαν ἐγγράφως πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ τοὺς τῶν αἱρέσεων ἀρχηγούς· εἶτα καὶ τοὺς Εἰκονομάχους· ἅπαντας· πάντες ὁμοφρόνως εἶπόντες· ὅτι Ὁ τὰς ἁγίας εἰκόνας μὴ προσκυνῶν, ἀλλότριός ἐστι τῆς τῶν ὀρθοδόξων πίστεως· καὶ ὅτι ἡ εἰκόνος τιμὴ, ὡς ὁ μέγας ἔφησε Βασίλειος, ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, Ὁ γὰρ προσκυνῶν τὴν εἰκόνα καὶ τιμῶν, προκυνεῖ ἐν αὐτῇ καὶ τιμᾷ τοῦ

ἐγγραφομένου τὴν ὑπόστασιν. Καὶ οὕτω διαταξάμενοι, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐγγράφως βεβαιώσαντες, καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως τιμηθέντες, ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπισκοπὴν ἀπελύθη.

pto firmassent, atque honorifice accepti ab imperatore essent, in suum quisque episcopatum sese recepit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Πρόβου, Ταράχου, καὶ Ἀνδρονίκου

Οἱ τρεῖς πολύαθλοι μάρτυρες, Πρόβος, Τάραχος, καὶ Ἀνδρόνικος, ὑπῆρχον μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ. Χριστιανοὶ δὲ ὄντες, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντες, ἐκρατήθησαν παρὰ τοῦ τῆς Κιλικίας ἄρχοντος. Καὶ πρῶτος μὲν συντριβεὶς τὸ πρόσωπον ὁ Τάραχος, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Δεύτερος δὲ τυφθεὶς ὁ Πρόβος, καὶ σιδηροδεθεὶς παρεδόθη καὶ αὐτὸς τῇ φυλακῇ. Καὶ τρίτος ὁ ἅγιος Ἀνδρόνικος τυφθεὶς, καὶ τοὺς μηροὺς ξίφει χαραχθεὶς, καὶ τὰς πλευρὰς ξεσθεὶς, καὶ μετὰ τοῦ ἅλατος ἀνατριβεὶς ἐνεβλήθη μετὰ τῶν λοιπῶν εἰς τὴν αὐτὴν φυλακήν. Εἶτα ἀπὸ Κιλικίας δεθέντες ἦχθησαν εἰς Μοψουεστίαν. Καὶ μὴ πεισθέντες ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, πάλιν ἐβασανίσθησαν. Ὁ μὲν Τάραχος τὸ στόμα συνθλασθεὶς, καὶ τὴν κεφαλὴν ξυρισθείς. Ὁ δὲ Ἀνδρόνικος τὴν γαστέρα ῥάβδοις τυφθείς. Ὁ δὲ Πρόβος μετὰ σουβλίων πεπυρωμένων τὰς μασχάλας, καὶ τὰ ψόα κατακαείς. Καὶ πλείονας τούτων βασάνους ὑπομείναντες, ὕστερον ἀπεκεφαλίσθησαν.

Eodem die

113 *Certamen sanctorum martyrum Probi, Tarachi, et Andronici.*

Probus, Tarachus et Andronicus, tres pluribus insignes certaminibus martyres, Diocletiano imperatore, quod Christiani essent, Christumque profiterentur, comprehensi a Ciliciæ præfecto, primus quidem Tarachus colaphis contusus in carcerem conjicitur. Deinde Probus virgis cæsus, ferreisque catenis constrictus, custodiæ traditur. Tertio sanctus Andronicus cum vapulasset, ejusque femora gladio lancinata essent, et latera excarnificata, sale aspersus, in eumdem cum reliquis carcerem includitur. Post hæc a Cilicia Mopsuestiam ducti, cum a Christi confessione dimoveri non possent, rursus excruciati, Tarachus quidem ore contuso, et capite abraso; Andronicus autem cæso scipionibus ventre; Probus vero ustulatis candentibus subulis axillis lumbisque; multis demum aliis cruciatibus omnes vexati, capite plectuntur.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀναστασίας τῆς παρθένου.

Ἡ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Ἀναστασία, ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ, ἐκ τῆς πόλεως Ῥώμης. Ἦν δὲ μονάζουσα, μετὰ καὶ ἑτέρων παρθένων, ἐν μοναστηρίῳ τινί. Διεβλήθη οὖν τῷ ἄρχοντι. Ὁ δὲ ἀποστείλας, ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν μετὰ κλοιοῦ σιδηροῦ· καὶ σταθεῖσα ἔμπροσθεν τοῦ ἄρχοντος, καὶ ἐρωτηθεῖσα, ὡμολόγησε τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τύπτεται εἰς τὸ πρόσωπον· καὶ γυμνοῦται· καὶ ὑπὸ πυρὸς κατακαίεται· ἐπιβραινομένων ἐπάνω αὐτῆς πίσσης καὶ ἐλαίου καὶ θειαφίου. Εἶτα κρεμᾶται ἐν τῷ ξύλῳ. Καὶ στρεφομένου τοῦ στυρακίου, ἔτριζον τὰ ὀστᾶ αὐτῆς. Εἶτα ἀποτέμνεται τοὺς δύο αὐτῆς μαστοὺς, καὶ τοὺς ὄνυχας ἀνασπᾶται. Καὶ μετὰ ταῦτα κόπτεται τὰς δύο χεῖρας. Εἶτα τοὺς δύο πόδας· καὶ ἐκριζοῦται τοὺς ὀδόντας· καὶ ἑτέρας τιμωρίας πολλὰς ὑπομείνασα, τελευταῖον τὸ διὰ ξίφους δέχεται τέλος. Καὶ οὕτως παρέδωκε τὸ πνεῦμα αὐτῆς τῷ Κυρίῳ.

Eodem die

114 *Certamen sanctæ martyris Anastasiæ virginis.*

Anastasia Christi martyr, Decio et Valeriano imperatoribus, ex urbe Roma fuit, monasticam vitam cum aliis virginibus in quodam monasterio agens. Quare ad præfectum delata, ejus jussu collari ferreo constricta ad ipsum adducitur: ad cujus conspectum cum stetisset, quod interrogata, Christi nomen confessa esset, colaphis cæditur: tum nudata, subjecto igne amburitur, liquata pice, oleo ac sulphure superinfusis. Mox in equuleum sublatæ ossa omnia, converso hastili, confringuntur. Post hæc ambæ mamillæ ei abscinduntur, ungues extrahuntur, utraque manus amputatur, ac dentes evelluntur. Tandem post multos alios cruciatus, gladio finem accepit: atque ita spiritum suum Domino tradidit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Δομνίνης.

Ἡ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Δομνῖνα ὑπῆρχεν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ Βασιλέως ἐκ τῆς Ἀναζάρβου πόλεως· ἐκρατήθη δὲ, ὡς Χριστιανὴ, παρὰ δημείων Ἑλλήνων. Καὶ παρέστη τῷ κριτηρίῳ Λυσίου τοῦ δουκος. Καὶ ὁμολογήσασα μετὰ παῤῥησίας ἐνώπιον πάντων τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεὸν ἀληθινὸν αὐτὸν εἰποῦσα, καὶ Ποιητὴν τοῦ παντὸς τοὺς δὲ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς ψευδεῖς ἀποδείξασα, καὶ λίθους καὶ ξύλα, καὶ σαθρὰν ὕλην· τύπτεται

Eodem die

115 *Certamen sanctæ martyris Domninæ.*

Domnina Christi martyr, Diocletiano imperatore, in urbe Anazarbo nata, quod Christiana esset, a lictoribus Græcis comprehensa, sistitur Lysiæ ducis tribunali. Cumque Domini nostri Jesu Christi nomen libere coram omnibus profiteretur, illum affirmans verum Deum esse, universique Conditorem, falsos autem Græcorum deos, lapides esse ostendens, et ligna, et putrem materiam, crudelissime cæditur, pedesque illius candentibus subulis aduruntur:

decima in carcerem [illegible] Sed horum quæ-
stioni [illegible] verberatur :
sed haec [illegible] includitur : in
[illegible] Deus faceret, pro quo
[illegible] beatum spiritum reddi-
[illegible] quæ honorifice sepulcro illatæ
[illegible]

EODEM MENSE.

Die decima tertia

116 *Certamen sanctorum martyrum Carpi, Papyli, et sanctarum Agathodori et Agathonicæ.*

Sancti martyres Carpus et Papylus Decio imperatore floruerunt. Et sanctus quidem Carpus episcopus Thyatirorum fuit ; Papylus autem diaconus. Comprehensi autem ab Asiæ præfecto, interrogatique, Christi Domini nomen in conspectu omnium confessi sunt : jussique idolis immolare, imperata facere recusarunt. Quare alligatos ad equos, usque ad Sardes urbem præ se egit, et raptavit præfectus, inde in equuleum actos excarnificari mandavit. Agathodorus autem sanctorum servus, illos prosecutus, tandiu torquetur, donec expiravit. Porro Carpus cum in equuleo subrideret, rogatus a præfecto, cujus causa id faceret, respondit, se exhilaratum esse, quod gloriam Dei vidisset. Igitur de equuleo depositi, in ignem conjiciuntur. Agathonica autem Papyli soror, quæ tum aderat, in rogum ardentem sua sponte gaudens insilit : et ambo animas Domino tradidere.

Eodem die

117 *Certamen sancti martyris Florentii.*

Florentius martyr ex urbe Thessalonica fuit. Cum autem Christianus esset, honestique studiosissimus, probra et convicia maxime omnium in Græcorum deos jactabat, vanamque eorum superstitionem anathematizabat ; veram autem Christi fidem omnes edocebat, Christianosque confirmabat et cohortabatur ad explendam Dei voluntatem. Cujus rei causa comprehensus a regionis præfecto, interrogatusque, in illius conspectu confessus est, Dominum nostrum Jesum Christum esse solum Deum ; Græcorum vero deos, ligna esse, lapides, aurum, argentum, æs et ferrum, idola animæ sensusque expertia. Quæ cum dixisset, concitato in iram præfecto, variis tormentis excruciatur. Deinde in equuleum elatus scalpitur. Demum in ardentissimum rogum injectus, omnes ob gratias Deo agens, finem lætus accepit.

EODEM MENSE.

Die decima quarta

118 *Certamen sanctorum martyrum Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi.*

Hi sancti Romæ claruerunt, Nerone imperante.

ἀνηλεῶς, καὶ μετὰ σουβλίων πεπυρωμένων [illegible] πόδας διακαίεται. Εἶτα εἰς φυλακὴν ἐμβάλλ[illegible] Στᾶσα δὲ πάλιν εἰς δευτέραν ἐξέτασιν, τύπτ[illegible] μετὰ ῥαβδίων ἰσχυρῶς· καὶ ἐξαρθροῦται διὰ π[illegible] λάβων τὰ ἄρθρα τῶν μελῶν. Καὶ πάλιν βίπτ[illegible] εἰς φυλακήν. Καὶ ἐν αὐτῇ οὖσα, εὐχαριστοῦσα, [illegible] προσευχομένη, παρέθετο τῷ Θεῷ, ὑπὲρ οὗ [illegible] ἐμαρτύρησε, τὴν μακαρίαν αὐτῆς ψυχήν. Τὸ [illegible] λείψανον αὐτῆς ἐτάφη ἐντίμως.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΓ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων, Κάρπου, Πα[illegible] λου, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς Ἀγαθοδώρου [illegible] Ἀγαθονίκης.

Οἱ ἅγιοι μάρτυρες Κάρπος καὶ Πάπυλος ὑπὸ [illegible] ἐπὶ Δεκίου τοῦ βασιλέως. Καὶ ὁ μὲν ἅγιος Κάρ[illegible] ἐπίσκοπος ἦν Θυατείρων· ὁ δὲ Πάπυλος διάκ[illegible] Κρατηθέντες οὖν παρὰ τοῦ ἄρχοντος τῆς Ἀσίας [illegible] ἐρωτηθέντες, ὡμολόγησαν ἐνώπιον πάντων τὸ ὄν[illegible] τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ. Καὶ καταναγκασθέντες θύ[illegible] τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθέντες, προσεδέθη[illegible] ἵπποις, καὶ περιεπάτουν ἔμπροσθεν τοῦ ἄρχοντ[illegible] συρόμενοι πρὸς τὰς Σάρδεις, κἀκεῖ κρεμασθῆ[illegible] ἐπὶ ξύλων ἐξέοντο. Ὁ δὲ Ἀγαθόδωρος, δοῦλ[illegible] τῶν ἁγίων, καὶ ἀκολουθῶν αὐτοῖς, βασανισθεὶς [illegible] λειώθη. Κρεμώμενος δὲ ὁ ἅγιος Κάρπος, ἐπε[illegible] καὶ εἰπόντος τοῦ ἄρχοντος· Τίνος χάριν ἐγέλασ[illegible] Κάρπε· ἀπεκρίθη· Εἶδον τὴν δόξαν τοῦ θεο[illegible] ἐχάρην. Καταδιβασθέντες δὲ ἀπὸ τῶν ξύλων, [illegible] εβλήθησαν εἰς τὸ πῦρ. Καὶ παροῦσα ἡ ἀδελφὴ [illegible] Παπύλου Ἀγαθονίκη, εἰσῆλθε χαίρουσα ἀφ' ἑαυ[illegible] εἰς τὴν κάμινον· καὶ παρέδωκαν ἀμφότεροι τὰς ψυχ[illegible] τῷ Κυρίῳ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Φλωρεντίου.

Ὁ μάρτυς Φλωρέντιος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλε[illegible] Θεσσαλονίκης· Χριστιανὸς δὲ ὤν, καὶ ζηλωτὴς [illegible] καλοῦ, ὕβριζε καὶ διέβαλλεν ἐπὶ πάντων τοὺς θε[illegible] τῶν Ἑλλήνων, καὶ τὴν θρησκείαν αὐτῶν ἀνεθεμ[illegible] τιζεν, ἐδίδασκε δὲ πάντας τὴν ἀληθινὴν πίστιν τ[illegible] Χριστοῦ· καὶ ἐστήριζε τοὺς Χριστιανοὺς, καὶ πα[illegible] εκάλει, πρὸς τὸ ποιεῖν τὰ θελήματα τοῦ Θεοῦ. Ὡς [illegible] δὲ ποιῶν, ἐκρατήθη παρὰ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντ[illegible] Καὶ ἐρωτηθεὶς, ὡμολόγησεν ἐνώπιον αὐτοῦ τὸν Κ[illegible] ριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἶναι μόνον Θεόν· τ[illegible] δὲ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς ξύλα ὑπάρχειν, καὶ λίθο[illegible] καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ χαλκὸν, καὶ σίδη[illegible] εἴδωλα ἄψυχα καὶ ἀναίσθητα. Καὶ ταῦτα εἰπ[illegible] καὶ εἰς ὀργὴν κινήσας τὸν ἄρχοντα, τιμωρεῖται ὑπ[illegible] φόρως. Εἶτα κρεμᾶται ἐπὶ ξύλου, καὶ ξέεται. Κ[illegible] πυρᾶς ἀναφθείσης μεγάλης, ἐμβάλλεται εἰς αὐ[illegible] χαίρων. Καὶ ἐν αὐτῇ προσευχόμενος, καὶ εὐχαριστ[illegible] τῷ Θεῷ ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΔ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ναζαρίου, Γερβασίο[illegible] Προτασίου, καὶ Κελσίου

Οὗτοι οἱ ἅγιοι ὑπῆρχον ἐπὶ Νέρωνος τοῦ βα[illegible]

λέως ἐν τῇ Ῥώμῃ· ἦν δὲ ὁ Ναζάριος υἱὸς Ἀφρικανοῦ καὶ Περπετούας, τῶν βαπτισθέντων παρὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου. Αὐτὸς δὲ βαπτισθεὶς ὑπὸ Λίνου πατριάρχου Ῥώμης. Καὶ ὑπάρξαντος χρόνων εἴκοσι, ἀπῆλθεν εἰς τὰς πόλεις Ἰταλίας, καὶ ἐκήρυσσε τὸν Χριστόν. Εἶτα ἦλθεν ἐς πόλιν τινά, ἔνθα κατέλαβε Γερβάσιον, καὶ Γερβάσιον ὄντας εἰς τὴν φυλακήν, διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ὑπὸ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος. Τυφθεὶς δὲ, καὶ τῆς πόλεως ἐκδιωχθείς, ἀπῆλθεν εἰς ἑτέραν πόλιν, καὶ προσλαμβάνει Κέλσιον τριῶν χρόνων ὄντα. Εἶτα τὴν πόλιν Μεδιολάνων καταλαβὼν, εὑρίσκει πάλιν ἐν τῇ φυλακῇ τοὺς ἁγίους Γερβάσιον καὶ Προτάσιον. Καὶ κρατηθεὶς, παραπέμπεται ἐν Ῥώμῃ παρὰ τοῦ ἄρχοντος. Καὶ πάλιν εἰς Μεδιώλανα ὑποστρέψας, τέμνεται τὴν κεφαλὴν, ἅμα τοῖς λοιποῖς ἁγίοις, καὶ τῷ παιδίῳ Κελσίῳ, ὑπάρχοντι χρόνων ἐννέα καὶ μηνῶν ἑπτά.

A Fuit autem Nazarius Africani et Perpetuæ filius, qui a sancto Petro baptizati sunt : ipse vero a Lino patriarcha Romano baptizatus, cum annum vicesimum ageret, urbes Italiæ peragrabat, Christum prædicans. Mox in civitatem quamdam profectus, reperit Gervasium et Protasium in vincula ob Christi fidem a regionis præfecto conjectos. Cæsus igitur, atque ab urbe expulsus, in aliam concessit; adjunctoque sibi Celso trium annorum puero, Mediolanum abiit, ubi iterum sanctos Gervasium et Protasium in carcere invenit: retentusque, Romam a præfecto mittitur. Verum Mediolanum regressus, capite plectitur una cum reliquis sanctis, et puero Celso annum tunc nonum et mensem septimum agente.

B

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΕ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λουκιανοῦ.

Λουκιανὸς ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ. Μετὰ δὲ θάνατον τῶν γονέων, δοὺς τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ πτωχοῖς, προσεῖχε τῇ ἀναγνώσει τῶν θείων Γραφῶν. Καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον. Καταλιπὼν δὲ τὴν Ἀντιόχειαν, κατέλαβε τὴν Νικομήδειαν, ἔνθα ὁ Διοκλητιανὸς τοὺς Χριστιανοὺς ἐφόνευεν. Καὶ ἐπεὶ πολλοὺς εὗρε διὰ φόβον τὸν Χριστιανισμὸν βουλομένους ἀρνήσασθαι, θαρσοποιήσας, ἔπεισε μαρτυρῆσαι. Τοσοῦτον δὲ γέγονε δι' ἀρετῆς θεῷ ὅμοιος, ὥστε τὴν πόλιν περιέρχεσθαι, καὶ παρ' ὧν μὲν θέλειν, βλέπεσθαι, παρ' ὧν δὲ μὴ θέλειν, μὴ ὁρᾶσθαι. Περὶ τούτου μαθὼν ὁ Διοκλητιανὸς, καὶ φοβηθεὶς εἰς πρόσωπον αὐτὸν ἀγαγεῖν, μήποτε παρ' αὐτοῦ ἐλεγχθῇ, κρεμάσας βῆλον συνέτυχεν αὐτῷ, καὶ ἰδὼν τὸ τῆς γνωμης αὐτοῦ ἀμετάθετον, καταδικάζει αὐτὸν λιμοκτονηθῆναι· ἐπὶ πολλὰς δὲ τὰς ἡμέρας μὴ μεταλαβὼν τροφῆς, ἐν τῇ φυλακῇ ἐτελειώθη. Καὶ ἐρρίφη ἐν τῇ θαλάσσῃ.

C

EODEM MENSE.
Die decima quinta

119 *Certamen sancti martyris Luciani.*

Lucianus martyr Antiochiæ Syriæ natus, imperatore Diocletiano, mortuis parentibus, distributis in pauperes facultatibus suis, divinarum Scripturarum lectioni totum se dedit, multosque Græcorum ad Dominum convertit. Relicta autem Antiochia Nicomediam petiit, ubi Diocletiano per cædes in Christianos debacchante, plurimos, quos metu tormentorum adactos defectionem a Christiana fide moliri deprehendit, confirmavit, persuasitque eis, ut martyrium subirent. Adeo autem ob virtutes suas Deo similis effectus est, ut cum urbem obiret, a quibus vellet conspiceretur, a quibus vero nollet, nequaquam videretur. Qua re comperta, Diocletianus veritus, ne si illum ad se acciret, ab eo objurgaretur, sumpto velo convenit Lucianum : cujus animum cum nullis artibus a sententia dimovere potuisset, inedia eum confici jussit. Igitur cum nullum per multos dies cibum degustasset, in carcere decessit, ac in mare projectus fuit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σαβίνου τοῦ ἐπισκόπου.

Ὁ Μακάριος Σαβῖνος, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν καὶ κατάστασιν, ἐγένετο πρότερον ἐπίσκοπος. Εἶτα, τοὺς θορύβους τοῦ κόσμου καταλιπὼν, διὰ τὸ τῆς ἡσυχίας καλὸν, ἐμάκρυνε φυγαδεύων ἐν ταῖς ἐρήμοις· καὶ τοσοῦτον ἠγωνίσατο πρὸς ἀρετὴν, νηστείαις, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ ἀσκήσεσιν ἑαυτὸν ἐπιδοὺς, ὡς καὶ θαυμάτων ἀξιωθῆναι πολλῶν· νόσους ἀπελαύνειν, λεπροὺς καθαρίζειν, δαίμονας διώκειν, καὶ προλέγειν τὰ μέλλοντα. Πολλοὺς δὲ ὠφελήσας, καὶ πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι ποιήσας, διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ· καὶ γὰρ πολλοὶ προσήρχοντο αὐτῷ χάριν ὠφελείας· καὶ πείσας ἀφεῖναι καὶ γονεῖς, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ οἰκείους, καὶ τῷ μοναχικῷ βίῳ προσελθεῖν, καὶ Χριστῷ δουλεύειν, καὶ θεραπεύειν αὐτὸν διὰ καθάρσεως, καὶ τῆς τῶν ἐντολῶν

D

Eodem die

120 *Commemoratio sancti Patris nostri Sabini episcopi.*

Beatus Sabinus propter eximias virtutes, et honestissimos mores primum quidem episcopus ordinatus fuit. Sed postea cum sæculares tumultus, quietis studio, fastidiret, in eremum procul ab omni hominum consuetudine profectus, ea contentione comparandis virtutibus incubuit, seipsum jejuniis, vigiliis, et exercitationibus dando, ut meruerit multa miracula edere, morbos depellere, leprosos mundare, dæmones fugare, et futura prænuntiare. Cum autem multis profuisset, et ad se accedentes doctrina sua ad virtutes eo provexisset, ut relictis parentibus, fratribus, et domo, vitam monasticam professi, Christo servirent, eique in puritate et mandatorum custodia famularentur ; in pace decessit, sacrum quidem spiritum Domino, pretiosa

autem reliquias suas cognatæ terræ commendans: quæ usque in præsentem diem curationes emittunt.

ἐργασίας, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη· τὸ μὲν ἱερὸν πνεῦ
αὐτοῦ παραδοὺς τῷ Κυρίῳ, τὸ δὲ τίμιον αὐτοῦ λ
ψανον τῇ συγγενεῖ γῇ, ἔτι καὶ νῦν βρύον ἰάματα.

EODEM MENSE.

Die decima sexta

121 *Certamen sancti martyris Longini centurionis.*

Hic Tiberio Cæsare ex regione Cappadocum centurio fuit, militans sub Pilato Judææ præfecto, cujus jussu pretiosæ Christi passioni et cruci una cum centuria sua ministravit. Sed cum ea, quæ Christo in crucem sublato flebant, miracula vidisset, terræ scilicet motum, solis deliquium, sepulcra aperta, mortuos excitatos, petras scissas, exclamavit: Vere Dei Filius erat iste: abdicatoque militiæ sibi subjectæ munere, in patriam rediit, Christum prædicans. Quo comperto Judæi, pecunia Pilatum subornarunt, qui ad Tiberium adversus Longinum scripsit. At ille decollari eum una cum duobus sociis militibus mandavit, ejusque caput Hierosolyma deferri: quod in sterquilinium dejectum, tandiu delituit, donec mulier quædam Cappadox cæca, divino admonita visu, Hierosolyma profecta, invenit, visumque recepit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΖ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λογγίνου τοῦ ἑκατο
τάρχου.

Ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἦν οὗτος ἐκ τῆς χώρ
τῶν Καππαδοκῶν, ἑκατοντάρχης ὑπάρχων, κ
στρατευόμενος ὑπὸ Πιλάτῳ τῷ τῆς Ἰουδαίας ἡγ
μόνι· ὅστις καὶ προσέταξεν αὐτῷ ὑπηρετῆσαι
τὰ τίμια πάθη τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν σταύρωσ
μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἑκατὸν στρατιωτῶν. Ἀλλ' αὐτ
ἰδὼν τὰ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ γενόμενα θ
ματα, τὸν σεισμὸν, τοῦ ἡλίου τὸ σκότος, τοὺς ἀν
γέντας τάφους, τοὺς ἐγερθέντας νεκροὺς, τὰς σ
σθείσας πέτρας, ἀνεβόησεν· Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς ἦ
οὗτος. Καὶ καταλιπὼν τὴν ὑποκειμένην αὐτῷ στρα
τείαν, καὶ τὴν ἰδίαν χώραν καταλαβὼν, ἐκήρυσ
τὸν Χριστόν. Καὶ μαθόντες τοῦτο οἱ Ἰουδαῖοι, ἐλ
λαν τῷ Πιλάτῳ χρήματα. Καὶ ὁ Πιλᾶτος ἔγρα
πρὸς Τιβέριον κατὰ τοῦ Λογγίνου. Ὁ δὲ ἀποστεί
ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δύο στρα
τιώτας, ἀποστείλας τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ εἰς Ἱερου
σαλήμ· ἥτις ἐκρύβη ἐν κόπρῳ. Ὕστερον δὲ γυνή τις ἀπὸ Καππαδοκῶν τυφλὴ ἐν θείας ὀπτασίας ἀπελθοῦσα εἰ
Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὑροῦσα τὴν κεφαλὴν, ἀνέβλεψεν.

EODEM MENSE.

Die decima septima

122 *Certamen sanctorum martyrum Chrysanthi et Dariæ.*

Isti, Numeriano imperatore, claruerunt, et Chrysanthus quidem Romam cum patre senatorii ordinis viro profectus, Christi fide ab Episcopo quodam in spelunca latente instituitur. Quod ubi rescivit pater, in tenebricosum carcerem eum includit: tum compellit uxorem ducere Dariam philosophicis imbutam studiis: qua tamen non secus ac sorore usus est, quando id uterque consilii ceperat, ut virginitatem ad mortem usque tuerentur. Quare et ipsa baptizata est. Sed cum ambo populum ad caste temperateque vivendum inducerent, infideles ægerrime ferentes, uxores suas facto secum divortio, Christo desponderi, rem deferunt præfecto, qui illas Claudio tribuno tradidit. Ex urbe igitur educti, et variis cruciatibus torti, in foveam cœno plenam dejiciuntur; atque obruti, et conculcati, decedunt.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΖ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Χρυσάνθου κ
Δαρείας·

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ Νουμεριανοῦ τοῦ βασιλέως
καὶ ὁ μὲν Χρύσανθος ἀπελθὼν ἅμα τῷ ἰδίῳ πατ
ἐν Ῥώμῃ, συγκλητικῷ ὑπάρχοντι, γίνεται Χ
στιανὸς παρά τινος ἐπισκόπου ἐν σπηλαίῳ κρ
πτομένου. Ἀλλὰ ταῦτα γνοὺς ὁ πατὴρ αὐτ
ἐγκλείει αὐτὸν εἰς σκοτεινὴν φυλακήν· εἶτα κα
αναγκάζει λαβεῖν γυναῖκα. Καὶ δίδωσιν αὐτῷ Δ
ρείαν τὴν φιλόσοφον. Ὁ δὲ Χρύσανθος ἰδὼν κ
τὴν, ἐχρήσατο αὐτῇ ὡς ἀδελφῇ, καὶ συνεβούλ
σαντο τοῦ μέχρι θανάτου εἶναι παρθένοι. Εἶτα ἐβ
πτίσθη καὶ αὐτή· καὶ ἐδίδασκον ἀμφότεροι τ
λαὸν περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης· ἠγανάκτησ
οὖν οἱ Ἕλληνες, ὅτι τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν πείθου
καταλιμπάνειν αὐτοὺς, καὶ μνηστεύεσθαι τῷ Χριστῷ
καὶ διέβαλλον αὐτοὺς τῷ ἐπάρχῳ· καὶ παραδίδου
Κλαυδίῳ τῷ τριβούνῳ. Καὶ ἄγονται ἔξω τῆς π
λεως, καὶ βασανίζονται διαφόρως. Εἶτα βόθρου ὑ
χθέντος βορβορώδους, ἐμβάλλονται ἀμφότεροι. Κ
καταχωσθέντες καὶ καταπατηθέντες, τελειοῦνται.

Eodem die

123 *Commemoratio sancti Osee prophetæ.*

Osee propheta ex regione Judææ fuit, Deum cœli et terræ colens, deosque gentium odio habens et exsecrans. Judæorumque contribulium suorum errores corrigens. Quare maximum prophetiæ donum accepit: et multa quidem adversus Israel, et adversus gentes prophetavit; sed illud præcipue signum dedit, quod venturus esset Dominus, et in

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου προφήτου Ὡσηέ·

Ὁ προφήτης Ὡσηὲ ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς χώρ
Ἰουδαίας, τὸν δὲ Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς σ
βόμενος· καὶ τοὺς τῶν ἐθνῶν θεοὺς μισῶν, κ
ἀποστρεφόμενος· καὶ τῶν ὁμοφύλων Ἰουδαί
τὰ σφάλματα διορθούμενος, ἐδέξατο προφητείας μ
γάλα Χαρίσματα. Καὶ πολλὰ προφητεύσας κα
[illegible]ηλ, καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν, ἔδωκε σ

μεῖον· ἥξειν τὸν Κύριον ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις συναναστρεφόμενον. Καὶ ἔδωκε τέρας ὅτι ὅτε δύνῃ ὁ ἥλιος ἐν Σηλὼμ, καὶ μερισθῇ ἡ δρῦς, ἡ ἐν Σιλωὰμ, εἰς δώδεκα μέρη, γενηθήσονται δώδεκα δρύες· τουτέστιν, ὅτε σταυρώσουσι τὸν Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης Χριστὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ θανὼν, δύνῃ, διαμοιρισθήσονται αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ εἰς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ γενηθήσονται δώδεκα δρύες· ἤτοι οἱ δώδεκα ἀπόστολοι· καὶ διδάξουσι πάντα τὰ ἔθνη πιστεύειν εἰς τὸν Χριστόν. Ταῦτα προφητεύσας, ἐν εἰρήνῃ τελειωθεὶς, ἐτάφη.

A terra cum hominibus conversaturus. Aliud præterea ostentum dedit : Occidet, inquiens, sol in Selom ; dissectaque in duodecim partes arbore in Siloe, nascentur duodecim arbores : hoc est, cum in crucem egerint Judæi Christum Solem justitiæ, et hic mortuus fuerit, solque radios suos condiderit, dividentur duodecim tribus Israel in omnes gentes, orienturque duodecim arbores, qui sunt duodecim apostoli, convertentque omnes gentes ad Christi fidem. Hæc cum prophetasset, in pace decessit, et sepultus est.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Eodem die

124 *Certamen sanctorum Anargyrorum Cosmæ et Damiani, fratrumque eorum Anthimi, Leontii et Euprepii.*

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν Ἀνθίμου, Λεοντίου καὶ Εὐπρεπίου.

Τρεῖς εἰσὶν αἱ συζυγίαι τῶν ἁγίων Ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ, ἀμφοτέρων καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καλουμένων, καὶ, τὴν ἰατρικὴν τέχνην μετερχομένων, καὶ τὴν προσηγορίαν τῆς ἀναργυρίας ἐχόντων. Οἱ μὲν γὰρ ἦσαν υἱοὶ Θεοδότης γυναικὸς εὐλαβοῦς. Ἐν εἰρήνῃ κοιμηθέντες καὶ κατατεθέντες ἐν τόπῳ καλουμένῳ Φερεμάν. Οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ διῆγον ἔχοντες διδάσκαλον φθονερόν· ὅστις μετὰ δόλου ἀναγαγὼν αὐτοὺς εἰς ὄρος, ὡς δῆθεν βοτάνας συνάξοντας, λίθοις φονεύει. Οἱ δὲ ὧν καὶ ἡ παροῦσα ἄθλησις, ὑπῆρχον ἐκ τῆς Χώρας Ἀραβίας· περιερχόμενοι δὲ κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐθεράπευον ἀναργύρως τοὺς ἀσθενοῦντας. Κατὰ δὲ τοὺς Χρόνους Διοκλητιανοῦ παρεγένοντο ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Κιλικίας, καὶ κρατηθέντες παρέστησαν Λυσίᾳ τῷ δουκί· ὅστις καὶ διαφόρως τιμωρήσας αὐτοὺς, ὕστερον ἀπεκεφάλισε, σὺν τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτοῖς τρισὶν ἀδελφοῖς, Ἀνθίμῳ, Λεοντίῳ, καὶ Εὐπρεπίῳ.

B Tria sunt sanctorum Anargyrorum paria, qui et iisdem Cosmæ et Damiani nominibus appellati fuerunt, et medicinæ artem tractaverunt, et Anargyrorum cognomen habuerunt. Fuere enim alii Theodotæ religiosissimæ filii, qui in pace decedentes, in loco Phereman dicto sepulti sunt. Alii cum Romæ degerent, præceptorem invidum habentes, per dolum ab eo in montem, quasi ad legendas herbas, deducti, lapidibus obruti sunt. Alii, quorum certamina enarrare instituimus, Arabes fuere, qui terrarum orbem peragrantes, gratis et sine pretio ægrotos curabant. Diocletiani vero temporibus in Ciliciam profecti, et comprehensi, sistuntur Lysiæ duci : a quo variis tormentis excruciati, capite demum plexi sunt, una cum tribus, qui eos prosequebantur, fratribus, Anthimo, Leontia, et Euprepio.

C

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΗ′

EODEM MENSE.
Die decima octava

125 *Commemoratio sancti apostoli et evangelistæ Lucæ.*

Μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ.

Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς ὑπῆρχεν ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης· ἰατρὸς τὴν τέχνην, καὶ ζωγράφος. Ἀπελθὼν δὲ εἰς Θήβας τῆς Μακεδονίας ἐπὶ Τιβερίου τοῦ βασιλέως, διὰ τὸν διωγμὸν, ἐνέτυχε τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ Παύλῳ· καὶ ὡς ὑπάρχων εἷς τῶν ἑβδομήκοντα ἀποστόλων, ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ σὺν αὐτῷ ἐκήρυσσε τὸν Χριστόν. Καὶ συνήργει εἰς τὴν τοῦ κηρύγματος, καὶ τοῦ Εὐαγγελίου διακονίαν προθύμῳ γνώμῃ. Συνεγράψατο δὲ πρότερον τὸ κατ' αὐτὸν ἅγιον Εὐαγγέλιον, πρὸς Θεόφιλον τινὰ ἡγεμόνα, πιστεύσαντα εἰς τὸν Χριστὸν ὑπαγορεύσαντο αὐτῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου· ἔπειτα ἐξέθηκε τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων, πρὸς τὸν αὐτὸν Θεόφιλον. Καὶ ταῦτα πράξας, ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχὴν ἀπέδωκε τῷ Θεῷ. Τὸ δὲ ἱερὸν καὶ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐτάφη μὲν πρότερον ἐν Θήβαις· ὕστερον δὲ ἀνακομισθὲν ἀπὸ Θηβῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, κατετέθη ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων.

Lucas evangelista in Antiochia magna ortus, professione medicus, et pictor, cum Thebas Macedoniæ, Tiberio imperatore, ob persecutionem venisset, congressus collocutusque cum sancto apostolo Paulo, ut qui ex septuaginta apostolorum numero erat, eidem apostolo se socium adjunxit, et una cum ipso Christum prædicavit ; promptoque animo in prædicationem, et Evangelii ministerium eidem cooperatus est. Conscripsit autem primo sanctum, quod ejus nomen præfert, Evangelium ad Theophilum quemdam Præfectum, qui in Christum crediderat, dictante sibi sancto Petro apostolo : deinde apostolorum Acta ad eumdem Theophilum. Post hæc in pace animam Deo tradidit. Sacræ vero et pretiosæ ejus reliquiæ Thebis primum sepultæ, postmodum inde Constantinopolim translatæ, in Sanctorum Apostolorum templo conditæ fuerunt.

D

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΘ′

EODEM MENSE.
Die decima nona

126 *Certamen sancti martyris Sadoth, et sanctorum centum viginti sociorum.*

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Σαδὼθ, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἑκατὸν εἴκοσι ἁγίων.

Σαδὼθ ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ Σαβωρίου βασιλέως

Sadoth martyr, Sapore Persarum rege, claruit

Christianæ autem fidei causa comprehensus, adductusque ad eumdem regem cum ignem adorare nollet, gravissime cæditur: tum cute a fronte ad pedes inusta, deque ejus pelle loro digiti latitudine detracto, iterum bubulis nervis laceratus, super spinas, ligna, et saxa acutissima nudus pertrahitur. Deinde digitis articulatim dissectis, in cochleam hastili cogitur. Præterea candentibus subulis in reliquo corpore fodicatur. Mox inverso capite suspenditur, eique lingua præciditur. Cujus constantiam homines mille ducenti septuaginta conspicati, in eam opinionem venere, nisi magnarum rerum spem haberet, eum tanta perferre non posse. Quamobrem Christi fidem amplexi, in vincula conjiciuntur. Sadoth vero gratias Deo agens, una cum centum viginti sanctis capite plectitur.

Περσῶν· διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν κρατηθεὶς καὶ προσαχθεὶς αὐτῷ· καὶ μὴ πεισθεὶς λατρεῦσαι τῷ πυρὶ, τύπτεται ἀνηλεῶς· καὶ χαράσσεται ... δέρμα αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ μετώπου μέχρι τῶν πο... Καὶ ἐκδέρεται ἀπὸ τοῦ δέρματος αὐτοῦ λῶρος ... κτύλου τὸ πλάτος. Καὶ πάλιν τύπτεται μετὰ βο... λωρίων. Καὶ ἐπὶ ἀκανθῶν, καὶ ξύλων, καὶ λί... ὀξέων σύρεται γυμνός. Εἶτα τέμνεται τοὺς δακ... λους κατ' ἀρμόν. Καὶ ἐμβληθεὶς εἰς κοχλίαν διὰ π... ρακίου κατασφίγγεται. Καὶ μετὰ ταῦτα σουβλίοις ... πυρωμένοις τὸ ὑπολειφθὲν σῶμα κατακεντεῖται. Κ... κρεμασθεὶς κατὰ κεφαλῆς, τὴν γλῶσσαν ἐκτέμν... ται. Καὶ ἰδόντες τὴν καρτερίαν αὐτοῦ χίλιοι διακόσ... ἑβδομήκοντα ἄνδρες, καὶ ἐννοήσαντες ὅτι, εἰ ... εἶχε μεγάλας ἐλπίδας, οὐκ ἂν τοιαῦτα ὑπέμεν... ἐπίστευσαν εἰς τὸν Χριστόν. Καὶ παρεδόθησαν ... φυλακῇ. Αὐτὸς δὲ, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, τὴν κεφα... ἀπετμήθη, σὺν ἑτέροις ἁγίοις ἑκατὸν εἴκοσι.

Eodem die

127 *Commemoratio sancti Patris nostri Amphilochii, episcopi Iconii.*

Hic non mortalis cujusquam, sed sanctorum angelorum manibus ordinatus Iconii episcopus, commilito sanctorum Patrum Basilii Magni, Gregorii Theologi, et Gregorii Nysseni, adversus Arium, Eunomium, et horum similes hæreticos in acie stetit; qui cum ad Theodosii magni tempora vixisset, atque ab eo ad coercendas Arianorum in urbibus synaxes lectus esset, tunc quidem supersedit, quod imperator vereretur, ne ea res magnos excitaret tumultus. Sed postea cum quadam de causa imperatorem Theodosium convenisset, illumque solum, Arcadio filio, qui prope assidebat, prætermisso, adorasset, rogatus, quam ob rem id faceret, respondit: Quemadmodum tu imperator, indigne fers, si non idem filio, qui tibi, honor habeatur; sic et Deo Patri injuriam fieri scito, si quis Filium et Verbum contumelia afficit. Quibus verbis movit adeo imperatorem, ut de illius sententia ac voluntate rem confecerit. Hunc in modum transacta cum pietate vita, ad Dominum migravit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου, ἐπισκόπου Ἰκονίου.

Οὗτος προχειρίζεται ἐπίσκοπος Ἰκονίου, ... ἁγίων ἀγγέλων, οὐκ ἀνθρωπίνης χειρός. Συνήθ... στὴς δὲ γενόμενος τῶν ἁγίων Πατέρων Βασιλείου ... Μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Γρηγορ... τοῦ Νύσσης, κατὰ τῶν αἱρετικῶν παρετάξατο, Ἀρ... καὶ Εὐνομίου, καὶ τῶν ὁμοίων. Παρετάθη δὲ ... ζωὴ αὐτοῦ μέχρι Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου. Ὃς ... ἠξίωσε κωλύσαι τῶν Ἀρειανῶν τὰς ἐν ταῖς π... συνάξεις. Βαρὺ δὲ νομίσαντος τοῦτο τοῦ βασ... διὰ τὴν ταραχὴν, τότε μὲν ἡσύχασεν. Ὕστε... κατὰ τινα χρείαν εἰσελθὼν πρὸς τὸν βασιλέα ... τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀρκάδιον ἰδὼν τῷ πατρὶ συν... μενον, τὸν μὲν Θεοδόσιον προσεκύνησε· τὸν δὲ ... παρῆλθε. Τοῦ δὲ βασιλέως εἰπόντος· Ἵνα τί τὸν ... μου παρέδραμες· ἔφη· Γνῶθι, βασιλεῦ, ὅτι ὑπ... σὺ ἠγανάκτησας τοῦ υἱοῦ παραβλεπομένου, ... καὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου ... ζομένου. Ὅθεν πεισθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐποίησε τὸ ... ἁγίου θέλημα. Οὕτω δὲ ζήσας εὐσεβῶς, πρὸς Κ... ἐξεδήμησεν.

Eodem die

128 *Commemoratio sancti et gloriosi prophetæ Joelis.*

Hic fuit ex Judææ regione. Voluntatem autem Domini exsequens, prophetiæ donum accepit. Et alia quidem multa, sed longe plura de Christo prophetavit, quod scilicet ex Virgine nasciturus esset. Sed et de Spiritu sancto vaticinatus est, quem sancti duodecim apostoli in magno Pentecostes festo acceperunt, inquiens: *Hæc dicit Dominus: Et erit in novissimis diebus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ.* Quod et contigit: nam cum in superiore domus parte sederent sancti Apostoli, in die Pentecostes, hora tertia diei, descendit Spiritus sanctus in specie linguarum ignearum, conseditque super singulos eorum, deditque eis varia dona:

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου προφήτου Ἰωήλ

Οὗτος ὑπῆρχε ἐκ τῆς Ἰουδαίας Χώρας· ποιῶν τὸ θέλημα Κυρίου, ἔλαβε προφητείας χάρισ... προεφήτευσε δὲ καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ, πλείονα ... περὶ τοῦ Χριστοῦ· ὅτι μέλλει γεννηθῆναι ἐκ ... θένου· ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὃ ... βον οἱ ἅγιοι δώδεκα ἀπόστολοι ἐν τῇ μεγ... ἑορτῇ τῆς Πεντηκοστῆς· εἰπών· Ὅτι τάδε ... Κύριος· Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέ... ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σ... Καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν· καὶ αἱ θ... τέρες ὑμῶν. Ὃ δὴ καὶ γέγονε. Καθεζομένων ... τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐν τῷ ὑπερῴῳ οἰκήματ... τῇ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς, ὥρᾳ τρίτῃ τῆς ἡμέ... κατῆλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει πυρίνων γ...

τῶν· καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν· καὶ δέδωκεν αὐτοῖς χαρίσματα διάφορα, καὶ προφητείας. Καὶ οὐ μόνον ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετέπειτα. Ταῦτα δὲ προφητεύσας, ἐν εἰρήνῃ ἐκοιμήθη, καὶ ἐτάφη ἐν τῇ ἰδίᾳ γῇ.

nec illis solum, sed et iis, qui ipsis successere. Cumque hæc Joel prophetasset, in pace obdormivit, sepultusque est in terra sua.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. Κ'.

Μνήμη τοῦ ἁγίου Κορνηλίου τοῦ ἑκατοντάρχου.

Κορνήλιος ὁ ἑκατοντάρχης, ὑπῆρχεν ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, ἑκατὸν στρατιωτῶν ἄρχων, ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ὅστις καὶ πρῶτος ἐξ ἐθνῶν ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ· ἰδὼν γὰρ ὁ Θεὸς τὰς ἐλεημοσύνας αὐτοῦ, ἃς ἐποίει εἰς τοὺς πτωχοὺς, προσεδέξατο αὐτόν. Καὶ δι' ἀγγέλου παρεσκεύασεν αὐτὸν βαπτισθῆναι παρὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου. Εἶτα χειροτονεῖται ἐπίσκοπος Σκαμάνδρου. Ἐν ᾗ καὶ κηρύττων τὸν Χριστὸν, ἐκρατήθη παρὰ Δημητρίου τοῦ ἄρχοντος. Καὶ κατηναγκάσθη εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ θῦσαι ἅμα τῷ λαῷ, καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ τῷ υἱῷ· ἀπελθόντος δὲ καὶ προσευξαμένου πρὸς τὸν Θεὸν, ἐγένετο σεισμὸς, καὶ ἔπεσον σὺν εἰδώλα, καὶ ὁ ναός· καὶ συνεκάλυψε τὸν υἱὸν τοῦ ἄρχοντος, καὶ τὴν γυναῖκα· καὶ ἐβόων ζῶντες κάτωθεν ὅτι Μέγας ὁ Θεὸς Κορνηλίου· παρεκάλεσε δὲ αὐτὸν ὁ ἄρχων, καὶ προσηύξατο· καὶ ἐξῆλθον. Καὶ ἐπίστευσαν, ὅ τε ἄρχων, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ υἱὸς, καὶ ἄνδρες ϙζ'. καὶ οὕτως ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

EODEM MENSE. De vicesima

120 *Commemoratio sancti Cornelii centurionis.*

Cornelius centurio ex Cæsarea Palæstinæ fuit, centum militum princeps, temporibus sanctorum apostolorum : qui omnium gentilium primus in Christum credidit. Deus enim videns eleemosynas, quas pauperibus faciebat, acceptum eum habuit, et per angelum monuit, ut a sancto Petro baptizaretur. Deinde episcopus Scamandri ordinatus, cum fidem Christi disseminaret, comprehensus a Dometrio præside, compulsusque idolorum templum ingredi, atqui ibi una cum populo, et uxore, et filio immolare, oravit ad Deum. Et statim facto terræ motu, collapsoque cum idolis templo, uxor et filius præsidis obruti fuerunt : quibus sub ruina vociferantibus, et magnum esse Cornelii Deum inclamantibus, rogatus a præside Cornelius, precibus a Deo impetravit, ut inde incolumes evaderent. Quamobrem Demetrius cum uxore, et filio, et aliis ducentis septuaginta septem in Christum credidit. Ipse vero Cornelius in pace quievit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀρτεμίου τοῦ θαυματουργοῦ.

Ἀρτέμιος ὁ πολύαθλος ὑπῆρχεν, ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου, δοὺξ Ἀλεξανδρείας τῆς Αἰγύπτου· ἐν τοῖς πατρικίοις διαπρέψας ἀπὸ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου βασιλέως· ἀκούσας δὲ ὅτι Ἰουλιανὸς ἐν Ἀντιοχείᾳ τιμωρεῖ τοὺς Χριστιανούς. παρεγένετο πρὸς αὐτὸν, τὴν παρανομίαν αὐτοῦ διελέγχων. Τύπτεται οὖν παρ' αὐτοῦ βουνεύροις· καὶ τριβόλοις ὀξέσι τὰ ψύα ξέεται· καὶ ὀγκίνοις τὰς πλευρὰς, καὶ τὰ βλέφαρα κατακεντεῖται. Καὶ ὑπὸ λιθοξόων πέτρας διακοπείσης, μέσον ἐμβάλλεται. Καὶ τῶν δύο μερῶν συναρμοσθέντων, συγκρατηθεὶς ἔνδον, τὴν ἀφόρητον ὑπέστη τιμωρίαν· ἐκβληθέντων αὐτοῦ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῶν ἐντέρων κάτω συνελαθέντων. Ἐπεὶ δὲ, μετὰ τοσαύτας τιμωρίας, οὐκ ἐπείσθη τοῖς λόγοις τοῦ τυράννου, τὴν διὰ ξίφους δέχεται τελευτήν. Τὸ δὲ ἅγιον αὐτοῦ λείψανον ἀνεκομίσθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, παρέχον ἰάματα τοῖς πιστῶς αὐτῷ προσερχομένοις.

Eodem die

130 *Certamen sancti martyris Artemii thaumaturgi.*

Artemius multis certaminibus clarus, Juliano Apostata imperante, dux Alexandriæ Ægypti, et in patriciorum numerum a Constantino Magno imperatore ascriptus, cognita Juliani crudelitate, quam in Christianos Antiochiæ exercebat, eum adiit : et impietate ejus objurgata, nervis bubulis cæditur : tum lumbis illius acutis tribulis laceratis, lateribusque ac palpebris uncis lancinatis, medio saxo a lapicida dissecto includitur. Deinde coagmentatis iterum partibus compressus, intolerabiles exilientibus oculis, diffusisque intestinis cruciatus pertulit : qui cum a proposito pietatis studio verbis tyranni deduci non posset, gladio trucidatus finem accepit. Ejus reliquiæ Constantinopolim translatæ, ibique depositæ, sanitatem eis, qui cum fide ad ipsum accedunt, restituunt.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΚΑ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Δασίου, Γαΐου καὶ Ζωτικοῦ.

Οὗτοι οἱ ἅγιοι μάρτυρες ὑπῆρχον ἐν Νικομηδείᾳ τῇ πόλει. Δημοτελοῦς δὲ τοῖς εἰδώλοις ἑορτῆς γενομένης παῤῥησιασάμενοι, τὰ ἐπὶ τῶν βωμῶν κείμενα κατέστρεψαν· καὶ εὐσεβήσαντες, ὡς ἀσεβεῖς παρὰ τῶν ἀφρόνων ἀσεβῶν ἐλογίσθησαν. Ὅταν κρα-

EODEM MENSE. Die vicesima prima

131 *Certamen sanctorum martyrum Dasii, Gaii et Zotici.*

Illi sancti martyres in urbe Nicomedia claruere. Cum autem publicus idolorum festus dies ageretur, fidenter pieque ea, quæ super altaribus posita erant, evertentes, a stultis infidelibus impie fecisse existimati sunt. Quare injectis catenis ad judicem ra-

piuntur : a quo quæcunque excogitari potuere tormenta, experti sunt, durissima verbera, equuleum, plagas, dissecta flagellis latera, carnes cilicinis pannis laniatas. Quæ omnia cum non solum negligerent; sed etiam idolorum vanitatem objurgarent, et magna voce Christum solum verum Deum esse testarentur, saxis de collo appensis, in gurgitem injecti, sagittis confossi sunt : ibique martyrii finem consecuti, gratias Christo regi sæculorum usque ad mortem agebant, quod digni ab eo habiti essent, pro ipso mortem oppetere.

A τηθέντες παρέστησαν τῷ δικάζοντι. Ὁ δὲ πεῖραν αὐτοῖς βασάνων προσήγαγε· καὶ γὰρ ἐτύ αὐτοὺς ἀνηλεῶς· καὶ ἐπὶ ξύλων ἐκρέμασε· καὶ πλ γὰς ἐνεποίησε· καὶ τὰς πλευρὰς αὐτῶν ταῖς μαστ ξι διέῤῥηξε· καὶ τρυχίνοις ὑφάσμασι τὰς σάρ αὐτῶν κατέξανε· καὶ ἐπεὶ ἐώρα καταφρονοῦντ μὲν τῶν βασάνων, ἐλέγχοντας δὲ τὴν τῶν εἰδώλ ματαιότητα· μεγάλῃ δὲ τῇ φωνῇ κρύττοντας τ Χριστὸν Θεὸν μόνον εἶναι ἀληθινὸν, λιθους μεγάλ τοῖς τραχήλοις αὐτῶν περιθεὶς, εἰς τὸν βυθὸν κα ηκόντισεν· ἔνθα καὶ τὸ τέλος τῆς μαρτυρίας ἐ

ξαντο· εὐχαριστοῦντες Χριστῷ τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων μέχρι θανάτου, ὅτι ἠξιώθησαν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπ θανεῖν.

Eodem die

132 *Commemoratio sancti Patris nostri Hilarionis, presbyteri et anachoretæ.*

Sanctus Hilarion Gazæ Palæstinæ natus, Constantino Magno imperatore claruit. Alexandriam autem Ægypti studiorum causa profectus, Dei beneficio duo consecutus est, ut et litteras, et ea etiam, quæ ad Christi fidem spectant, perdisceret. Quare baptizatus, cognita Antonii Magni disciplina ac institutione, illum adiit, ejusque discipulus factus, virtutis opera per aliquot annos ab eo didicit. Mox in patriam reversus, cum parentes jam e vita discessissent, facultates suas omnes pauperibus distribuit : sumptoque cilicio et melote, eremum petiit, ubi solitariam vitam agens, miraculorum gratiam accepit. Volens autem hominum vitare frequentiam, ob quietis amorem modo hunc modo illum locum sæpe mutabat. Cumque octoginta annos vixisset, quorum septuaginta in monastica disciplina exegerat, migravit ad Dominum.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἱλαρίωνος, σβυτέρου γενομένου καὶ ἀναχωρητοῦ τῆς μου.

Ὁ ὅσιος Ἱλαρίων ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου, ἐκ τῆς πόλεως Γά τῆς Παλαιστίνης· ἐπιθυμίᾳ δὲ τοῦ μαθεῖν γρ ματα, παρεγένετο εἰς Ἀλεξάνδρειαν τῆς Αἰγύπτ Καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἀμφοτέρων ἔλαβε τὴν γν σιν, τῶν τε γραμμάτων, καὶ τῶν εἰς τὴν Χρισ πίστιν ἁρμοζόντων. Εἶτα ἐβαπτίσθη. Καὶ ἀκο περὶ τῆς πολιτείας τοῦ Μεγάλου Ἀντωνίου, ἀπῆ πρὸς αὐτὸν, καὶ γέγονεν αὐτοῦ μαθητὴς, μαθὼ ἐπί τινα χρόνον τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα· ὑποστρέψα ἐν τῇ πατρίδι, καὶ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ εὑρὼν τε τήσαντας, τὸν πλοῦτον αὐτοῦ πάντα διέδωκε πτωχοῖς· καὶ φορέσας ἱμάτιον τρύχινον, καὶ δέ προβάτου, καταλαμβάνει τὴν ἔρημον. Καὶ κα μονάσας, ἐδέξατο χάριν θαυμάτων· θέλων δὲ γειν τοὺς ἀνθρώπους διὰ τὴν ἡσυχίαν, ἀπήρχε ἀπὸ τόπου εἰς τόπον συχνότερον. Ζήσας δὲ ὀγδοήκοντα, καὶ πληρώσας ἐν τῇ μοναδικῇ πολι ἔτη ἑβδομήκοντα, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

EODEM MENSE

Die vicesima secunda

133 *Commemoratio sancti et apostolorum æqualis Patris nostri Abercii, episcopi Hierapolis.*

Sanctus Pater noster Abercius Marco imperatore floruit, episcopus Hierapolis a sanctis apostolis ordinatus, celeberrimus miraculorum patrator. Cum vellet autem dæmon eum tentare, ingressus imperatoris filiam effecit, ut illa sanctum quæreret, ut ab illo sanaretur. Accitus itaque per litteras ab imperatore, Romam venit. Imperavit autem servo, ut in unum eumdemque utrem acetum, garum, et oleum immitteret, ex quibus si quid sibi sanctus depromi jussisset, separatim ac proprie singula ; at si servus sibi sumere furtim ausus esset, promiscue fluebant. Romam igitur cum pervenisset, imperatoris filia liberata, dæmoni imperavit, ut lapidem aram, quæ in conspectu jacebat, Hierapolim deferret: Tu, inquiens, tanti itineris Romam usque mihi auctor fuisti : ego vero præcipio tibi, ut lapidem tollas, et sepulcro meo superimponas. Quod et

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΚΒ'.

Μνήμη τοῦ ἁγίου καὶ Ἰσαποστόλου Πατρὸς ἡμ Ἀβερκίου, ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἀβέρκιος ἦν, ἐπὶ βασιλείας Μάρκου, ἐπίσκοπος γενόμενος Ἱερα λεως παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ἦν δὲ καὶ θαυ τουργὸς περιβόητος. Θέλων δὲ αὐτὸν ὁ δαίμων πει σαι, εἰσῆλθεν εἰς τὴν τοῦ βασιλέως θυγατέρα· καὶ ἐζήτει τὸν ἅγιον ἵνα θεραπεύσῃ αὐτήν. Διὸ διὰ γραμμάτων βασιλικῶν πρὸς τὴν Ῥώμην ὥρμη Προσέταξε δὲ τῷ ὑπουργῷ αὐτοῦ βαλεῖν εἰς ἀσ ἕνα ὅξος, καὶ γάρον, καὶ ἔλαιον· καὶ ὅτε μὲν αὐτὸ αὐτῶν τι ἐζήτησεν, ἐξήρχετο κεχωρισμένον ἕν ἕ στον. Ὅτε δὲ ὁ ὑπουργὸς αὐτοῦ ἠβουλήθη λάθρα βαλεῖν, ἐξήρχοντα μεμιγμένα. Κατελθὼν δὲ εἰς Ῥ μην, τὴν μὲν θυγατέρα τοῦ βασιλέως ἰάσατο· τῷ δ μονι δὲ προσέταξε τὸν πλησίον κείμενον βωμὸν, λί μέγαν ὄντα, ἀγαγεῖν εἰς Ἱεράπολιν. Ὅτι σὺ μὲν ρεσκεύασάς με κομισαι εἰς Ῥώμην· ἐγὼ δὲ πρ τάττω σοι ἀναγεῖν τὸν λίθον, καὶ θεῖναι ἐπάνω

ταφου μου. Ὃ καὶ γέγονε. Βιώσας δὲ ἐν ὁσιότητι τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἀλεξάνδρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Ἡρακλείου, Ἄννης, Θεοδότης καὶ Γλυκερίας.

Ἀλέξανδρος ὁ ἱερομάρτυς, ἐπίσκοπος ὢν, καὶ παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν κηρύττων, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ πολλοὺς ἔκ τε τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν Ἑλλήνων πρὸς τὴν πίστιν ἐπιστρέφων, καὶ βαπτίζων, ἐκρατήθη παρὰ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος· καὶ πολλὰ τιμωρηθεὶς, καὶ ξεσθεὶς, καὶ καταναγκασθεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, οὐκ ἐπείσθη. Ἰδὼν δὲ τὴν καρτερίαν αὐτοῦ στρατιώτης τις, Ἡράκλειος τοὔνομα, ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ. Καὶ πλεῖστα τιμωρηθεὶς καὶ αὐτὸς ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. Θαυματουργήσας δὲ μετὰ τοῦτο ὁ ἅγιος Ἀλέξανδρος· καὶ γὰρ ἰάθη τὰς πληγὰς τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπισκέψει· ἐπεσπάσατο πρὸς τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν καὶ γυναῖκας τρεῖς Ἄνναν, Θεοδότην καὶ Γλυκερίαν· αἵτινες σταθεῖσαι ἐνώπιον τοῦ ἄρχοντος, ἤλεγξαν αὐτὸν, καὶ τὴν τῶν εἰδώλων θρησκείαν ψευδῆ ἀπεκάλεσαν. Τότε θυμωθεὶς ὁ ἄρχων, πρῶτον μὲν ἀπεκεφάλισε τὸν ἅγιον Ἀλέξανδρον· ἔπειτα βασανίσας τὰς ἁγίας, ἀπέτεμε καὶ αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν.

Eodem die

134 *Certamen sacrosancti martyris Alexandri et sociorum Heraclii, Annæ, Theodotæ et Glyceriæ.*

Alexander sacer martyr cum episcopus esset, et libere Christum prædicans, multos Judæorum Græcorumque ad Christi fidem traductos baptizaret, retentus a regionis præfecto, direque tortus et dilaniatus, cum idolis sacrificare compelleretur, nulla arte ad id induci potuit. Cujus constantiam miles quidam, Heraclius nomine, admiratus, in Christum credidit: quare et ipse multis tormentis excruciatus, capite plectitur. Alexander vero, multis editis miraculis; quippe qui Christi opera a plagis sanatus fuerat, tres etiam feminas ad Christi fidem pertraxit, Annam, Theodotam et Glyceriam, quæ in conspectu præfecti oblatæ, ipsum objurgarunt, et idolorum superstitionem falsam appellarunt. Quamobrem ira excandescens præfectus, caput Alexandro primum amputari jubet; deinde sanctas suppliciis vexatas capitis damnavit. Atque ita finem habuere.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΚΓ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος καὶ ἀποστόλου Ἰακώβου, ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου.

Ὁ ἅγιος Ἰάκωβος πρῶτος ἐπίσκοπος ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγένετο, παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου χειροτονηθείς. Καὶ πρῶτος τὴν θείαν λειτουργίαν ἔγραψε παρὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτὴν διδαχθείς. Ἀλλ' ὕστερον συντομωτέραν αὐτὴν ἐπένησεν ὁ Μέγας Βασίλειος, εἶτα ὁ Χρυσόστομος, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν. Πολλοὺς δὲ διδάσκων ὁ ἅγιος Ἰάκωβος ἐκ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἐκ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἐπιστρέφων αὐτοὺς ἐπὶ τὸν Κύριον, εἰς ὀργὴν ἐκίνησε τοὺς Ἰουδαίους. Συναχθέντες οὖν καὶ κρατήσαντες αὐτὸν, ἔῤῥιψαν ἀπὸ τοῦ ἄκρου τοῦ ἱεροῦ, καὶ αὐτὸν ἀπέκτειναν. Περὶ δὲ τοῦ λέγεσθαι ἀδελφόθεος, φέρεται λόγος τοιοῦτος ἐκ παραδόσεως. Τοῦ μνήστορος Ἰωσὴφ μερίζοντος τὴν γῆν αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, τοῖς ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ βουλομένῳ μερίδα ποιήσασθαι καὶ τῇ τῆς ἁγίας Παρθένου Υἱῷ, καὶ Θεῷ, οἱ μὲν ἄλλοι οὐ κατεδέξαντο· ὁ δὲ Ἰάκωβος, παραλαβὼν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτοῦ μερίδα συγκληρονόμον, ἐκλήθη οὐ μόνον ἀδελφόθεος, ἀλλὰ καὶ δίκαιος.

EODEM MENSE.

Die vicesima tertia

135 *Certamen sacrosancti martyris et apostoli Jacobi, fratris Domini.*

λὸν, ἀλλ' ἡρετίσατο καταπαῆναι τὴν χεῖρα, ἢ firmoque animo beatam animam Domino tra-
ανον τῷ βωμῷ ἐμβαλεῖν. Καὶ οὕτω μετὰ γεν- didit.
ου καὶ στερροῦ φρονήματος παρέδωκε τὴν μακα-
ν αὐτοῦ ψυχὴν τῷ Κυρίῳ.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΖ'

EODEM MENSE.
Die decima septima.

ήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου, **194** *Commemoratio sancti Patris nostri Gregorii*
ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας, τοῦ Θαυματουργοῦ. *Thaumaturgi, episcopi Neocæsareæ.*

Οὗτος ἦν ἐπ' Αὐρηλιανοῦ τοῦ βασιλέως, υἱὸς Hic Aureliano imperatore floruit, Græcorum
ἱρχων Ἑλλήνων· αὐτὸς δὲ γεγονὼς Χριστιανὸς, parentum filius; ipse autem Christianus, fi-
τὸ τῆς πίστεως μυστήριον διδαχθεὶς διὰ ὀπτα- deique mysterium a sanctissima Deipara et Joan-
ς παρὰ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ τοῦ Θεο- ne Theologo per visionem edoctus, accepit et
γου Ἰωάννου, ἔλαβε καὶ τὸ τῶν θαυματουργιῶν donum miraculorum, unde Thaumaturgi cogno-
ρισμα, καὶ ἐκλήθη Θαυματουργὸς, ποιῶν θαύματα mentum adeptus est ob multa miracula, quæ pa-
λλὰ, ἐξ ὧν εἰσι καὶ ταῦτα. Εἰς γὰρ Ἀλεξάνδρειαν B travit, ex quibus hæc memorantur. Profectus ali-
ελθὼν, καὶ κατηγορηθεὶς ὑπὸ πόρνης, ἐπιπέμπει quando Alexandriam, in scortum, quod de se obloqueretur, dæmonem immisit, sed paulo post etiam
τῇ δαίμονα· καὶ πάλιν ἴαται. Εἶτα μὴ παρὼν ἐν fugavit. A Phædimo Amaseæ episcopo, ordinatur
ασείᾳ, ὅμως διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, χειροτονεῖται episcopus, cum Amaseæ non adesset; tanta erat
σκοπος ὑπὸ Φαιδίμου τοῦ Ἀμασείας. Λίθον δὲ virtutum illius opinio. Saxum ingens alio trans-
γαν ποιήσας περιπατῆσαι, ἐβάπτισε τὸν προσμο- tulit: eoque signo idolorum ædituum ad fidem
ιον τῶν εἰδώλων. Ἀδελφῶν δὲ δύο διὰ λίμνην conversum baptizavit. Paludem, causam rixarum
χομένων, ἐξήρανεν αὐτήν· καὶ τὴν ῥάβδον πῆξας, inter duos fratres, exsiccavit. Fluvium defixo in
τησε ποταμόν· ἥτις καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα· terram baculo, qui et in magnam excrevit arborem,
ἄλλα μυρία ποιήσας, ἐν τῷ μέλλειν ἐκδημεῖν coercuit. Cumque innumera alia portenta edidisset,
χαρίστει τῷ Θεῷ, ὅτι ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει τοσούτους migraturus ad Dominum, gratias illi agebat, quod
ιστιανοὺς κατέλιπεν, ὅσους εὗρεν ἀπίστους, καὶ tot relinqueret in sua urbe, Christianos quot in-
τως ἐτελειώθη. fideles invenerat: atque hunc in modum decessit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΗ'

EODEM MENSE.
C
Die decima octava.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πλάτωνος. **195** *Certamen sancti martyris Platonis.*

Πλάτων ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἀπὸ Ἀγκύρας τῆς Plato martyr Ancyræ Galatiæ natus, frater sancti
λατίας, ἀδελφὸς τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀντιόχου. martyris Antiochi, adhuc adolescens ab Agrippino
ὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν ἐκρατήθη παρὰ præfecto ob Christi confessionem comprehensus,
γριππίνου τοῦ ἡγεμόνος, ἔτι νέος τὴν ἡλικίαν· cum idolis sacra facere nollet, virgis cæditur a duo-
ὶ μὴ πεισθεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, τύπτεται ὑπὸ decim militibus: deinde super candens ferreum
ώδεκα στρατιωτῶν μετὰ ῥαβδίων· καὶ πάλιν grabatum extensus, iterum fustibus percutitur:
λωθεὶς ἐπὶ κραβάτου σιδηροῦ πεπυρακτωμένου, tum ferreis pilis candentibus axillas circum et la-
βδίζεται· καὶ σφαίραις σιδηραῖς πεπυρακτωμέναις tera aduritur, ut flamma fumo permista ex illius
ς μασχάλας καὶ τὰς πλευρὰς καταφλέγεται· ὥστε naribus erumperet. Mox dissecta ente intercidun-
ὶ τὴν φλόγα διὰ τῶν ῥινῶν αὐτοῦ σὺν καπνῷ ἐξερ- tur a capite per lumbos ad talos usque lora, quo-
ομένην ὁρᾶσθαι. Εἶτα ἑλωροτομήθη ἀπὸ τῆς κεφα- rum unum in Agrippini faciem, objurgata illius
ῆς μέχρι τῶν πτερνῶν τὰς ψύας αὐτοῦ. Ἐξ ὧν crudelitate, contorsit. Post hæc carceri includitur:
κδὼν ὁ ἅγιος ἕνα λῶρον, ἀπέῤῥιψεν εἰς τὸ πρόσ- D unde, cum post octo dierum inediam suaderetur, ut
πον Ἀγριππίνου, διελέγχων αὐτοῦ τὴν ὠμότητα. cibum sumeret, simulque irrideretur: Verbum, in-
ἶτα ἐμβάλλεται εἰς φυλακὴν, καὶ νηστεύει ἡμέρας quit, Christi mei me alit. Rursus itaque e custo-
τώ. Τοῖς δὲ προσάγουσιν αὐτῷ ἄρτον, καὶ λέ- dia eductus, excruciatusque, caput lictori ampu-
ουσιν, ὅτι Φάγε, καὶ χλευάζουσιν, ἀπεκρίνατο· tandum lætus porrexit.
μὲ τρέφει ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ μου. Καὶ πάλιν ἐκβληθεὶς τῆς φυλακῆς, καὶ βασασθεὶς, λαίρων
πεκεφαλίσθη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Eodem die

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ῥωμανοῦ καὶ τοῦ **196** *Certamen sancti martyris Romani, et socii*
σὺν αὐτῷ νηπίου. *infantis.*

Ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ παρανόμου καὶ οὗτος ἐμαρ- Hic impio Maximiano imperante martyrium subiit.
ήρησε. Καθ' ὁδὸν γὰρ συναντήσας τῷ ἐπάρχῳ Obviam enim factus Asclepiadi præfecto tum, cum
σκληπιάδῃ εἰς τὸν τῶν εἰδώλων ἀπερχομένῳ ναὸν, idolorum fanum ingrederetur, zelo accensus, ca-

natus est hominem ab hujusmodi proposito avertere, asserens idola nequaquam deos esse, sed unum esse Christianorum Deum. Quare colaphis cæsus, in equuleum rapitur et depectitur : qui dum torqueretur, pergebat dicere, unum esse Deum Christianorum, quem vel infantes agnoscunt. Productus itaque sancti jussu ad redarguendum præfectum infans, et interrogatus a præfecto, quemnam Deum coleret : Eum, inquit, quem Christiani colunt et adorant ; seque ita a matre edoctum. Verberibus igitur igitur exceptus infans præsente matre, aquam poposcit, qua sitim depellere. Cui mater : Ne bibas, ait, fili, ex hac aqua, sed vade, et ex aqua vivente bibe. Et hunc in modum decollatus est. Romanus vero post excisam linguam rursus expedite loquens, in carcerem detruditur, ibique Maximiani jussu suffocatus, martyrii coronam adeptus est.

A ζηλώσας, ἐπειράθη κωλῦσαι αὐτὸν, εἰπὼν, ὅτι Οὐκ εἰσὶ τὰ εἴδωλα θεοὶ, ἀλλ' εἷς Θεὸς ὁ τῶν Χριστιανῶν. Ὅθεν τύπτεται εἰς τὸ στόμα. Καὶ κρεμασθεὶς ξέεται. Ξεόμενος δὲ ἔλεγεν, ὅτι, Εἷς Θεὸς ὁ τῶν Χριστιανῶν, ὃν καὶ τὰ νήπια ἐπίστανται. Ἠνέχθη δὲ καὶ παιδίον προστάξει τοῦ ἁγίου εἰς ἔλεγχον τοῦ ἐπάρχου. Καὶ ἔφη πρὸς αὐτὸ ὁ ἔπαρχος· Πόσον Θεὸν σέβεις ; τὸ δὲ εἶπεν· Ὃν δουλεύουσιν οἱ Χριστιανοὶ, καὶ πιστεύουσι· καὶ τοῦτο ἐδιδάχθην ὑπὸ τῆς μητέρος μου. Εἶτα τυπτόμενον τὸ παιδίον, τῆς μητέρος παρεστώσης, ἐδίψησε, καὶ ἐζήτησε τὸ ὕδωρ. Ἡ δὲ μήτηρ εἶπε· Μὴ πίῃς, τέκνον, ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου· ἀλλ' ἄπελθε, πίε ἐκ τοῦ ζῶντος ὕδατος· καὶ οὕτως ἀπεκεφαλίσθη. Ὁ δὲ ἅγιος, ἐκτμηθεὶς τὴν γλῶσσαν, καὶ πάλιν λαλῶν, ἐνεβλήθη εἰς φυλακὴν, καὶ τῇ προστάξει τοῦ Μαξιμιανοῦ ἐν B αὐτῇ ἀποπνιγεὶς, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἔλαβεν.

EODEM MENSE.

Die decima nona.

197 *Certamen sancti martyris Azæ thaumaturgi.*

Iste ortum duxit ex Isaurorum regione, sub impio Licinio militans. Relicta autem militia, in eremum profectus, monasticam vitam suscepit, orationibus ac vigiliis sese exercens. Hinc multis miraculis et curationibus insignis fuit. Verum venatoribus montem indagine lustrantibus inventus, ad Diocletianum defertur. Misit itaque Diocletianus milites, qui correptum Azam suo sisterent tribunali : quorum ille centum quinquaginta, eum aridam ingressi viam, sitim qua conficiebantur, educta repente per orationem aqua exstinxissent, ad fidem convertit. Quamobrem in eos omnes incensus ira Diocletianus, tradidit Aquilino præfecto, ut de illis supplicium sumeret. Aza ergo de sublimi per capillos appensus, unguibus ferreis excarnificatur : deinde in fornacem ardentem injectus, cum illæsus intactusque inde evasisset, eoque signo præfecti uxorem ac filiam ad Christi fidem traduxisset, una cum his, ac militibus omnibus, ab irato præfecto capite plectuntur.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΘ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ θαυματουργοῦ Ἀζῆ.

Ἐκ τῆς χώρας τῶν Ἰσαύρων οὗτος γενόμενος, ἐστρατεύθη παρὰ Λικιννίου τοῦ δυσσεβοῦς. Καταλιπὼν δὲ τὴν στρατείαν, ἀπελθὼν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἐμόνασε, σχολάζων εὐχαῖς καὶ ἀγρυπνίαις· ἔνθα πολλὰς ἰάσεις καὶ θαυμάτων ἐνεργείας ἐξετέλεσε. κυνηγετῶν δὲ διὰ θήραν ἀποσταλέντων ἐν τῷ ὄρει, φανερὸς ὁ Ἄζης τῷ Διοκλητιανῷ γίνεται. Ὁ ὃ πέμψας στρατιώτας, καὶ κρατήσας αὐτὸν, παρίστη τῷ βήματι αὐτοῦ, σὺν τοῖς ἑκατὸν πεντήκοντα στρατιώταις, πιστεύσασι καὶ αὐτοῖς. Διὰ γὰρ προσευχῆς ὕδωρ κατὰ τὴν ὁδὸν, ἄνυδρον οὖσαν, ἐξαγαγὼν, κατοτίσας αὐτοὺς, ἐπεσπάσατο πρὸς τὴν πίστιν. Ὀργισθεὶς δὲ Διοκλητιανὸς, παρέδωκεν αὐτοὺς τιμωρηθῆναι Ἀκυλίνῳ τῷ ἐπάρχῳ. Ὁ δὲ ἐκ τριχῶν κρεμάσας τὸν ἅγιον, καὶ μετὰ σιδηρῶν ὀνύχων ξέσας, ἐνέβαλεν εἰς κάμινον πυρός. Καὶ ἰδοῦσα αὐτὸν ἡ γυνὴ τοῦ ἐπάρχου, μετὰ τῆς θυγατρὸς, ἀβλαβῆ ἐξελθόντα, ἐπίστευσαν. Ὀργισθεὶς δὲ ὁ ἔπαρχος ἀπεκεφάλισεν αὐτὰς, καὶ τοὺς στρατιώτας, καὶ τὸν ἅγιον.

Eodem die.

198 *Commemoratio sancti prophetæ Abdiæ.*

Sanctus propheta Abdias ex terra Sichem in regione Palæstinæ fuit, servus Achab Hebræorum regis. Cum autem idem Hebræorum rex Achab ad sanctum gloriosum magnumque prophetam Eliam duos quinquagenarios misisset, qui illum de monte ad ipsum regem accerserent, lapsusque de cœlo Eliæ precibus ignis illos cum sua cohorte consumpsisset, misit et hunc tertium, qui Eliam vocaret atque ad ipsum adduceret. At iste ubi in conspectum prophetæ venit, ad ejus pedes prolapsus, orare cœpit, ut sibi parceret, neque igni comburi sineret. Tum vero propheta ad regem descendit. Abdias autem relicto rege secutus iam, ejus-

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου προφήτου Ἀβδιοῦ.

D Ὁ ἅγιος προφήτης Ἀβδιοῦ ἐγένετο ἐκ τῆς γῆς Συχὲμ, χώρας τῆς Παλαιστίνης. Ἐδούλευε δὲ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἑβραίων Ἀχαάβ. Ὅτε δὲ ἀπέστειλεν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῶν Ἑβραίων ὁ Ἀχαὰβ, πρὸς τὸν ἅγιον Ἠλίαν τὸν ἔνδοξον καὶ μέγαν προφήτην, τοὺς δύο πεντηκοντάρχους, εἶπεν αὐτῷ, κατελθεῖν ἀπὸ τοῦ ὄρους πρὸς αὐτὸν, καὶ διὰ προσευχῆς τοῦ προφήτου κατεκάησαν μετὰ τοῦ λαοῦ ἐκείνων, πεσόντος πυρὸς ἐξ οὐρανοῦ καὶ καταφαγόντος αὐτούς, ἀπέστειλε καὶ τοῦτον τρίτον, ἵνα καλέσῃ αὐτὸν, καὶ ἀγάγῃ πρὸς αὐτόν. Καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὸν προφήτην ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἐδεήθη αὐτοῦ ἵνα μὴ κατακαῇ· καὶ οὐ κατεκάη. Τότε ἦλθε πρὸς τὸν

λέα ὁ προήτης. Καὶ ἀπὸ τότε καταλιπὼν βασιλέα ὁ Ἀδδιοῦ, ἠκολούθει τῷ ἁγίῳ Ἠλίᾳ. γενόμενος αὐτοῦ μαθητής, καὶ προφητεύσας λὰ, ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη ἐν τῷ τάφῳ τῶν πατέρων ὐ.

A que disciplinæ se tradidit. Cumque multa prophetasset, obiit, et in sepulcrum patrum suorum illatus est.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ Κ'

EODEM MENSE. Die vicesima

λησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δασίου τοῦ ἐν Δοροστόλῳ.

199 *Certamen sancti martyris Dasii in urbe Dorostolo.*

ν τῇ αὐτῇ πόλει τοιοῦτον ἔθος ἦν τοῖς Ἕλλησι Κρόνῳ ἐπετέλουν ἑορτὴν ἐτησίως. Πρὸ τριά- α δὲ ἡμερῶν τῆς τοιαύτης μυσάρᾶς ἑορτῆς, λέγοντο ἕνα τινὰ τῶν στρατιωτῶν, νέον καὶ δῆ. Καὶ εὐτρέπιζον πρὸς θυσίαν, ἐνδύοντες ὸν ἱμάτια βασιλικὰ, καὶ προτρέποντες ἀποπλη- πᾶσαν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ, ὡς μετὰ τριάκοντα ρας μέλλοντα ἑαυτὸν ἐπισφάξαι τῷ βωμῷ τοῦ νου. Ἐλθόντος δὲ τοῦ κλήρου καὶ ἐπὶ Δάσιον στρατιώτην, καὶ τῶν συστρατιωτῶν περιστάν- αὐτῷ καὶ πρὸς τὰ ὅμοια ἐκβιαζομένων, ἐκεῖνος θῷ λογισμῷ χρησάμενος, ἐσκόπησε τὸ συμφέρον, ον, ὅτι Μέλλω θανεῖν· κρεῖττόν μοί ἐστιν, ὡς πτιανῷ, ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ μου ἀποθανεῖν. Ὅθεν αστὰς τῷ τοῦ ἄρχοντος βήματι, Διοκλητιανοῦ Μαξιμίανοῦ τοῦτο μαθόντων, καὶ προσταξάντων, πολλὰ τιμωρησάντων, τελευταῖον τὴν διὰ ξίφους ατο τελευτήν.

B quippe qui post tricesimam diem ad Saturni aram seipsum esset immolaturus. Lectus igitur sorte Dasius miles, apud circumstantes commilitones, qui eum ad rem hujusmodi compellebant, optima ratione usus, oblatamque sibi occasionem arripiens Quando, inquit, moriendum mihi est, præstat sane mihi, ut Christiano, pro Christo meo mortem oppetere. Quamobrem Diocletiani et Maximiani jussu ad præfecti tribunal productus, multisque tormentis excruciatus, tandem gladio cæsus est.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Eodem die

λησις τῶν ἁγίων τῶν ἐν Περσίδι μαρτυρη- άντων Νηρσᾶ, ἐπισκόπου, καὶ Ἰωσὴφ, μαθη- οῦ αὐτοῦ.

200 *Certamen sanctorum Nersæ, episcopi, et Josephi, ejus discipuli, qui in Perside martyrium subiere.*

C

ὗτοι οἱ ἅγιοι κατῴκουν ἐν Περσίδι, ἐπιμελόμενοι ῆς, καὶ φοβούμενοι τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, τὸν ποιή- α τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ πορευόμενοι κατὰ ἐντολὰς αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν Νηρσᾶς, γεγονὼς τερον ἐπίσκοπος ἐδίδασκε τὸν λαὸν τὴν εὐσέ- ειαν, πολλοὺς μαθητὰς ποιησάμενος· ἐν οἷς ἦν Ἰωσὴφ, ὁ ὕστερον διὰ πολλὴν ἀρετὴν προ- οισθεὶς ὑπὸ τοῦ Νηρσᾶ ἐπίσκοπος. Ὅτε δὲ, διὰ ἐπιστρέφειν τὸν λαὸν ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν θειαν, ἐκρατήθησαν ὑπὸ τῶν ἀθέων Περσῶν, ἦρχεν ὁ μὲν Νηρσᾶς ἐτῶν ὀγδοήκοντα, ὁ δὲ Ἰωσὴφ ογηκονταπέντε. Παραστάντες οὖν τῷ βασιλεῖ, σαν αὐτῷ, ὅτι Εἰ δύνασαι, βασιλεῦ, μετὰ τὸ θα- ῶσαι ἡμᾶς ἑπτάκις ἀναστῆσαι, οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς ρίσεις ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ταῦτα όντες, τὴν διὰ τοῦ ξίφους προθύμως ἐδέξαντο τε- ιτήν.

Isti sancti in Perside habitabant, singulari virtute præditi, Deumque verum timentes, qui fecit cœlum, et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt, et secundum ejus mandata ambulantes. Et Nersas quidem primum episcopus fuit, et populum ad pietatem hortando, complures discipulos fecit, in quibus fuit et Joseph, qui postea ab eodem Nersa ob insignes virtutes episcopus est ordinatus. Cum igitur ab atheis Persis, quod populum ab errore ad virtutem converterent, comprehensi sunt, tunc Nersas octoginta annorum erat, et Joseph octoginta quinque. Adducti vero ad regem : Si, inquiunt, o rex, nos septies occisos ad vitam revocaveris, non poteris tamen ab amore Christi abducere. Hæc cum dixissent, accepta gladii sententia alacri animo occubuere.

D

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

λησις τῶν ἁγίων Ἰωάννου, Σαβωρίου καὶ Ἰσαακίου, τῶν ἐπισκόπων, καὶ Δαπίου καὶ Ἰσαακίου, τῶν πρεσβυτέρων.

201 *Certamen sanctorum Joannis, Saborii et Isaacii, episcoporum, Dapii et Isaacii, presbyterorum.*

αὶ οὗτοι οἱ ἅγιοι ἐν Περσίδι ἐτύγχανον ἐπί- οποι χρηματίζοντες. Ἐπεὶ δὲ τὸν λαὸν ἐδίδασκον, πλάνην τῶν Περσῶν καταλῦσαι σπουδάζοντες, λόγων ἰσχυρῶν ἀποδεικνύοντες, μηδὲν εἶναι τὰ ωλα, μήτε τὸν ἥλιον ἢ τὸ πῦρ θεοὺς, ἀλλὰ

Isti quoque sancti in Perside episcopi munus suum diligenter obibant, populum docentes, errorem Persarum depellere satagentes, vehementique oratione demonstrantes, nequaquam deos idola, solem et ignem, sed opera, et famulant

Deo tantum, sed etiam hominibus; ad nostrum enim ministerium hæc facta esse, unumque Deum illa produxisse. Delati ergo ad regem sunt; qui, furore percitus, missis militibus illos comprehendi jussit. Vincti autem, et ad ejus tribunal adducti, nudatique, virgis cæduntur, atque depectuntur. Cumque Dominum nostrum Jesum Christum non modo non abnegarent, verum etiam Deum verum, cumque erroris Persarum eversorem profiterentur, tyranni jussu, extra urbem, una cum sancto Onam asceta, lapidibus obruti sunt.

κτίσματα καὶ δοῦλα, οὐ μόνον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων (διὰ γὰρ ἡμετέραν ὑπηρεσίαν σκον ταῦτα γενέσθαι, εἷς δὲ μόνος θεὸς ὁ παραγαγών), διεβλήθησαν τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ θυμοῦ μεγάλου καὶ ὀργῆς, πέμψας, συλ ἐκράτησεν αὐτούς. Οἵτινες δέσμιοι παρέστη βήματι αὐτοῦ. Καὶ γυμνωθέντες, διαφόρως στίζοντο, καὶ κατεξαίνοντο. Ἐπὶ δὲ τῷ ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν οὐ μόνον οὐκ ἠρνή ἀλλὰ καὶ θεὸν ἀληθινόν, καὶ τῆς τῶν Περσῶν νης καταλυτὴν ὁμολόγουν, προστάξει τοῦ νου, τῆς πόλεως ἔξω, σὺν τῷ ἁγίῳ Ὠνὰμ τῷ ἐλιθοβολήθησαν.

Eodem die

202 *Certamen sanctorum Boethazat Eunuchi, et Sasannis, et sociorum virorum ac mulierum.*

Isti etiam in eadem impia, et idololatriæ dedita iniquorum Persarum regione claruere. Et Boethazat quidem a prima ætate Christianus, correptus, cum Soli Ignique sacrificare nollet, jussu regis Persarum, una cum sanctis, post multa tormenta et cruciatus interemptus fuit. In horum numero Thecla et Anna sanctimoniales, et plures aliæ feminæ, plurima pro Christo perpessæ, cum vehementius impii regis immanitatem et stultitiam redarguissent, capite plexæ sunt. Similiter et tres virgines gladio cæsæ occubuere : ex quorum sanguine enata ficus, curationum donum fidelibus dedit, morbum omnem languoremque depellens, donec athei et impii Manichæi ob divinorum, quæ edebantur, miraculorum frequentiam invidia stimulati, illam succiderunt.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Βοηθαζὰτ τοῦ Εὐνούχου Σασάνους, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς ἁγίων ἀνδρῶν γυναικῶν.

Ὁμοίως καὶ οὗτοι ἐν τῇ δυσσεβεστάτῃ καὶ δώλῳ χώρᾳ τῶν παρανόμων Περσῶν ἐτήγη ὁ μὲν Βοηθαζὰτ Χριστιανὸς ἐκ βρέφους ὢν τηθεὶς, καὶ μὴ πεισθεὶς θῦσαι τῷ Ἡλίῳ Πυρὶ, προσταξει τοῦ Περσῶν βασιλεως, ἁγίοις, μετὰ πολλὰς βασάνους καὶ τιμωρίας μεθ' ὧν καὶ γυναῖκες ἅγιαι ἀσκήτριαι, θε Ἄννα, καὶ ἕτεραι πολλαί, πλεῖστα ὑπὲρ παθοῦσαι, καὶ στερρῶς ἐλέγξαντες τὴν τοῦ δυσσεβοῦς βασιλέως, καὶ παραφροσύνη φαλίσθησαν. Ὁμοίως καὶ τρεῖς παρθέν ραις κατεκόπησαν. Ὅπου δὲ ἐρεύσε τῶν, συκῆ ἀναβλαστήσασα, ἰαμάτων χάρ τοῖς πιστοῖς, θεραπεύουσα πᾶσαν νόσον, μαλακίαν. Ὕστερον δὲ φθονήσαντες τῇ θαυμάτων ἐνεργείᾳ οἱ ἀθεοι καὶ ἀσεβεῖς ἐξέκοψαν τὴν τοιαύτην συκῆν.

Eodem die

203 *Commemoratio sancti Gregorii Decapolitæ.*

Gregorius Decapolita ex Decapoli in Isauriæ provincia fuit temporibus impiorum Iconomachorum. Ubi autem adolescentiam attigit, paratas sibi a parentibus nuptias vitaturus, monachus fit, et in speluncam subit dæmonum frequentia infestam, a quibus verberatus, oratione tandem illos inde exturbavit. Sed per visum a Deo monitus, relicta spelunca, cœpit terrarum orbem peragrare. Cum igitur Syracusas Siciliæ urbem venisset in quadam muri civitatis turri habitavit, ubi et plurima edidit. Mox Thessalonicam petiit, deinde Byzantium. Illic aliquanto post, juxta visionem divini Simeonis ibidem pietatis causa vincti, cum quo abunde versatus est, ac de anima philosophatus, migravit ad Dominum.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Δεκαπολίτ

Γρηγόριος ὁ Δεκαπολίτης, ὑπῆρχεν ἐκ τῆς χίας Ἰσαυρίας Δεκαπόλεως, ἐπὶ τῶν χρόν δυσσεβῶν Εἰκονομάχων. Εἰς ἡλικίαν δὲ ἐλθ ληθέντων τῶν γύνεων πρὸς γάμον ἐκδοῦναι φυγὼν γέγονε μοναχός. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς σπ ἐν ᾧ δαίμονες πολλοὶ κατῴκουν. Οἳ καὶ τὸν ἅγιον, τελευταῖον διὰ προσευχῆς αὐτοῦ δεύθησαν. Εἶτα ὑπὸ θείας ὀπτασίας τὸ σπ ἀφεὶς, καὶ ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἀπερχόμενος ἦντησεν εἰς Συράκουσαν, πόλιν τῆς Σικελίας θὼν εἰς ἕνα τῶν πύρδων τοῦ τείχους, ἐν ᾧ πολλὰ καθ' ἑκάστην ἐπετέλει. Εἶτα ἀπῆλθ Θεσσαλονίκην· εἶτα εἰς τὸ Βυζάντιον, κατ τοῦ θείου Συμεῶνος ἐκεῖσε δεσμώτου ὄντος, εὐσέβειαν. Ὅτινι καὶ διατρίψας ἱκανῶς, περὶ ψυχῆς συμφιλοσοφήσας, μετ' ὀλίγον πρ ριον ἐξεδήμησεν.

EODEM MENSE.

Die vicesima prima

204 *Ingressus Deiparæ, cum ad templum præsentata fuit et in Sancta sanctorum introducta.*

Post admirabilem sanctorum Joachim et Annæ

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΚΑ'

Τὰ εἰσόδια τῆς Θεοτόκου, ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων.

Μετὰ τὸν παράδοξον τόκον τῶν ἁγίων Ἰωα

Ἄννης, πληρωθέντος διετοῦς χρόνου ἀπὸ τῆς τῆς γεννήσεως τῆς ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας εἶπεν Ἰωακεὶμ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ἄννῃ. Ἀπαγάγωμεν αὐτὴν ἐν τῷ ναῷ Κυρίου, καθὼς ὑπεσχόμεθα. Καὶ εἶπεν Ἄννα· Μείνωμεν τὸ τρίτον ἔτος· μήποτε ζητήσῃ πατέρα, ἢ μητέρα, καὶ κατευθυνθήσεται ἐνώπιον Κυρίου. Καὶ μετὰ τρία ἔτη, εἶπεν Ἰωακεὶμ· Καλέσωμεν τὰς θυγατέρας τῶν Ἑβραίων τὰς ἀμιάντους, καὶ λαβέτωσαν ἀνὰ μίαν λαμπάδας, καὶ ἑστώσαν αἱ λαμπάδες καιόμεναι· μήποτε στραφῇ ἡ παῖς εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ αἰχμαλωτισθῇ ἡ διάνοια αὐτῆς ἐν ναῷ Κυρίου. Καὶ ἐποίησαν οὕτως. Καὶ ἐδέξατο αὐτὴν Ζαχαρίας καὶ εἶπεν αὐτῇ· Μεγαλύναι Κύριος τὸ ὄνομά σου. Καὶ ἐνάθισεν αὐτὴν ἐπὶ τοῦ βαθμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἦν τρεφομένη ὑπὸ ἀγγέλου, ἕως ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα. Πληρωθέντος τοῦ καιροῦ τῆς μνηστείας, παρέλαβεν αὐτὴν Ἰωσὴφ ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων ἐν ναῷ Κυρίου.

A partum, secundus a venerabili gloriosæ Deiparæ, semperque Virginis Mariæ nativitate jam exibat annus, cum Joachim uxori suæ Annæ dixit : Ducamus eam in templum Domini, quemadmodum polliciti sumus. Cui Anna: Tertium prius annum expleat ne forte, parentum desiderio, non dirigatur in conspectu Domini. Post tertium igitur annum ait Joachim : Accersamus immaculatas Hebræorum puellas, quæ accensas lampades præferant, ne ad ea, quæ retro sunt, se convertat puella, sed mens ejus tota in templo Domini mancipetur. Atque ita fecerunt. Excipiens igitur puellam Zacharias, inquit : Magnificet Dominus nomen tuum : simulque eram in altaris gradu collocavit. Et nutriebatur ab angelo, donec annum duodecimum attigit. Cumque tempus desponsationis advenisset, accepit eam Joseph a pontificibus in templo Domini. B

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΚΒ'

Λησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Μάρκου καὶ Στεφάνου.

EODEM MENSE, Die vicesima secunda

205 *Certamen sanctorum martyrum Marci et Stephani.*

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ παρανόμου Διοκλητιανοῦ οὗτοι οἱ ἅγιοι τὸν τῆς ἀθανασίας ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ διήθλησαν ἀγῶνα· Ὑπάρχοντες γὰρ ἐκ πόλεως Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας, καὶ πάσῃ παῤῥησίᾳ τοῖς προσερχομένοις τὸν τῆς ἀληθείας λόγον κηρύττοντες, καὶ τὸν Χριστὸν Θεὸν ἀληθινὸν ὁμολογοῦντες, καὶ Κύριον τοῦ παντὸς, διεβλήθησαν Μάγνῳ τῷ ἡγεμόνι, καὶ κρατηθέντες, πλεῖστα βασανισθέντες, καὶ μὴ πεισθέντες ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, συνεδέθησαν τῷ μετὰ τῶν ἄλλων μαρτύρων τῶν λεγομένων Καλυντηνῶν ὡς ἀστὴρ ἐκλάμποντι, Μάρκῳ καὶ αὐτῷ καλουμένῳ. Ὁμοταφόρως συναθλήσαντες αὐτῷ, καὶ πολλὰ τιμωρηθέντες, καὶ μὴ πεισθέντες θῦσαι τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, ἀπετμήθησαν τὰς τιμίας αὐτῶν κεφαλὰς προστάξει τοῦ Μάγνου, καὶ κατετέθησαν τῇ χώρᾳ τῆς Πισιδίας, ἐξ ἧς καὶ ἐγένοντο.

Imperante impio Diocletiano, hi sancti in agonem immortalitatis pro Christo descenderunt. Erant autem ex Antiochia Pisidiæ urbe ; qui cum summa passim libertate eos, qui se conveniebant, verbo veritatis instituerent, Christumque verum Deum omniumque Dominum profiterentur, delati ad Magnum præfectum, et correpti, tormentis subjiciuntur. Cumque nulla ratione suaderi possent ut Christum abnegarent, cum altero cognomine Marco, qui inter sanctos martyres Calyntenos appellatos velut sidus emicabat, vinculis constricti, acerbissimis omnis generis cruciatibus vexantur. Verum in Christi fide perseverantes, adduci non potuere, ut impuris dæmoniis immolarent, Quamobrem sacris ipsorum capitibus, Magni jussu, obtruncatis, in eadem, in qua nati erant, Pisidiæ regione sepulti fuere. C

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΚΓ'

Λησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀρχίππου, μαθητοῦ Παύλου τοῦ ἀποστόλου, καὶ Φιλήμονος τοῦ στρατιώτου.

EODEM Die vicesima tertia

206 *Certamen sanctorum martyrum Archippi, discipuli Pauli apostoli, et Philemonis militis.*

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ Νέρωνος τοῦ βασιλέως. Μαθηταὶ δὲ γεγονότες τοῦ ἁγίου Παύλου, ἐμαρτύρησαν ἐν Χώναις, πόλει τῆς Φρυγίας, ἥτις ἐστὶ πλησίον Λαοδικείας. Ἑορτῆς γὰρ ἀγομένης τῇ μυσαρᾷ Ἀρτέμιδι, ἐν τῷ ταύτης ναῷ, τῷ ἐν Χώναις, παρὰ πάντων πεπλανημένων Ἑλλήνων, οὗτοι οἱ ἅγιοι τὴν δοξολογίαν ἀνέπεμπον τῷ Θεῷ ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, μετὰ τῶν Χριστιανῶν. Εἶτα ἐπιθέμενοι αὐτοῖς εἰδωλολάτραι, τῶν μὲν λοιπῶν φυγόντων, μόνου τοῦ Ἀρχίππου καὶ Φιλήμονος, καὶ Ἁμφίας ὁπομεινάντων, κρατήσαντες αὐτοὺς, ἤγαγον πρὸς Ἀνδρόνικον τὸν σιτοφύλακα Ἐφέσου. Τύπτεται οὖν παρ' αὐτοῦ ὁ Ἄρχιππος· καὶ μὴ πεισθεὶς θῦσαι τοῖς εἰ-

Hi, Nerone imperante, discipuli fuerunt sancti Pauli, et Chonis in Phrygia haud procul a Laodicæa urbe, martyrium subierunt. Cum enim festus abominandæ Dianæ dies in ejusdem templo Chonis a superstitiosis Græcis ageretur, isti Sancti in sanctissima ecclesia simul cum Christianis laudes Deo decantabant. Quare facto ab idololatris in illos impetu, cæterisque in fugam conversis, Archippus, Philemon, et Amphias soli constitere. Vincti igitur ad Androclem, rei frumentariæ Ephesi præfectum, perducuntur; et Archippus quidem flagellis, ejus jussu, cæditur: cumque idolis sacrificare recusaret, in foveam injectus, atque aggere ad umbilicum usque obrutus

puerorum stylis confoditur, demum lapidatur. Philemon autem fustibus eo usque confunditur, dum animam efflavit.

δώλοις, εἰς βόθρον ἐμβάλλεται, καὶ χώνευτ[ρ]
τοῦ ὁμφαλοῦ. Καὶ ὑπὸ παίδων σχολιτῶν γε
κατακεντηθεὶς ὅλον τὸ σῶμα πρότερον, ὕστερ
θοβολήθη. Εἶτα καὶ ὁ ἅγιος Φιλήμων μετ
τυφθεὶς ἀνηλεῶς, τελειοῦται.

EODEM MENSE.

Die vicesima quarta

207 *Certamen sanctæ martyris Cæciliæ, et sanctorum sociorum Valeriani et Tiburtii.*

Cæcilia, martyr Romæ, locupletibus parentibus nata, Valeriano in matrimonium collocata, hunc ad Christi fidem ob angeli apparitionem, quem ipsi monstraverat, traduxit. Valerianus autem Tiburtium fratrem induxit, ut baptismum susciperet. Quos omnes Urbanus urbis episcopus docuit. Porro Tiburtius eam gratiam promeruit, ut quotidie angelorum aspectu et colloquio frueretur. Sed cum et ipse et Valerianus corpora martyrum sepelirent, ad præfectum urbis delati, tormentisque subjecti, Maximo Cubiculario traduntur, a quo veneranda eorum capita abscissa sunt: ipsum tamen cubicularium Maximum ad Christi fidem postea pertraxerunt, qui et præfecti jussu excruciatus vitam finivit. At vero Cæcilia in balneum ardentissimum conjecta, cum triduum ibi illæsa mansisset, capite plexa est.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΚΔ'

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Κικιλίας, σ
σὺν αὐτῇ ἁγίων Βαλεριανοῦ καὶ Τιβουρτ

Ἡ μάρτυς Κικιλία ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλ
μῆς πλουσίων γονέων θυγάτηρ. Μνηστε
Βαλεριανῷ, τοῦτον ἐπὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίσ
ἤγαγεν, ἐξ ἐπιφανείας ἀγγέλου, ὃν καὶ ἐ
αὐτῷ. Ὁ δὲ Βαλεριανὸς ἔπεισε βαπτισθῆνα
τιον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Οἱ τρεῖς ἐδιδάσκο
Οὐρβάνου ἐπισκόπου τῆς πόλεως. Το
ἠξιώθη χάριτος ὁ Τιβούρτιος, ὡς καὶ ἀγγέ
ἑκάστην προσομιλεῖν. Οὗτος τὰ σώματα
αθλούντων μαρτύρων θάπτων, μετὰ τοῦ
νοῦ, διαβάλλεται τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως. Κ
αὐτοῦ τιμωρηθέντες, παρεδόθησαν Μαξίμ
κλαρίῳ· καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς τιμίας αὐτῶν
θησαν κεφαλάς, ἐπισπασάμενοι καὶ τ
κλάριον Μάξιμον εἰς τὴν πίστιν. Ὅπως
ἐπάρχου τιμωρούμενος, ἐτελειώθη. Ἡ δὲ
εἰς λουτρὸν ἐκπυρωθὲν ἐμβληθεῖσα, καὶ τ
ρας διανύσασα, καὶ μηδὲν βλαβεῖσα, ἐτμήθη
φαλήν.

Eodem die

208 *Certamen sancti Patris nostri sacromartyris Sisinnii, episcopi Cyzici.*

Sacrosanctus martyr Sisinnius, Diocletiano imperatore, Cyzici episcopus, Græcorum multitudinem, Idem Christi docens, eosque a patria idolorum superstitione ad Dominum convertens, in ejus nomine baptizabat; fideles vero confirmabat, suisque monitis firmiores reddebat. Sed et eos qui ob Christi nomen comprehensi, et in carceres inclusi erant, aut tormentis subjecti, visitabat, curabat, et ad martyrium fortiter subeundum impellebat. Unde delatus ad Diocletianum, comprehenditur: [illegible] gravissime cæditur: mox sus[illegible] unguibus dilaniatus, custodiæ tradi[illegible] fame, siti et sexcentis aliis [illegible]. Postea eductus, atque ut [illegible] excitatus, gladio finem [illegible]

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰ
Σισιννίου, ἐπισκόπου Κυζίκου

Ὁ ἅγιος ἱερομάρτυς Σισίννιος ὑπῆρχεν
κλητιανοῦ τοῦ βασιλέως, ἐπίσκοπος Κυζ
σκων δὲ τὰ πλήθη τῶν Ἑλλήνων τὴν εἰς Χ
στιν, καὶ ἐπιστρέφων ἀπὸ τῆς πατρ
πλάνης τῶν εἰδώλων ἐπὶ τὸν Κύριον, κα
εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, τοὺς δὲ πιστοὺς στη
ἑδραιοτέρους ποιῶν ταῖς παραινέσεσιν, ἐ
τοὺς κρατουμένους διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστ
φυλακαῖς ὄντας καὶ βασάνοις ἐπισκεπτόμ
θεραπεύων, καὶ ἐπαλείφων πρὸς τὸ μαρτ
εβλήθη τῷ Διοκλητιανῷ· καὶ κρατηθείς, πρ
μαστιγοῦται, καὶ τύπτεται ἰσχυρῶς. Κα
σθείς, ξέεται τὰς πλευράς. Ἔπειτα πα
φυλακῇ, καὶ λιμῷ προσπαλαίει καὶ δίψει,
ραις μυρίαις θλίψεσιν. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐ
καὶ πάλιν ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χρ
μὴ πεισθείς, τὴν διὰ ξίφους χαίρων ἐδέξατο

Eodem die

209 *Commemoratio sancti Gregorii episcopi Agrigentinorum.*

[illegible] imperante, Chariton et [illegible] nobilissimi homines, in [illegible]. Horum filius fuit [illegible] baptismatis fonte [illegible] et clericum fecit. [illegible] sacra loca invi[illegible] Hortensiano diaco-

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, ἐπισκό
Ἀκραγαντίνων πόλεως.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινο
Χαρίτων τις καὶ Θεοδότη ἡ σύμβιος αὐτοῦ,
ἄνθρωποι, ὑπῆρχον ἐν τῇ πόλει Ἀκραγα
ὧν ἐγεννήθη Γρηγόριος οὗτος. Ὃν ἐκ τ
βαπτίσματος δεξάμενος ὁ ἐπίσκοπος, ἀ
εἶτα καὶ κληρικὸν πεποίηκεν. Ὀκτὼ καὶ
ἐτῶν γενόμενος, ἀπῆλθε προσκυνήσων τοὺς

ους, καὶ γίνεται διάκονος ὑπὸ Μακαρίου, ἐπι- A
του Ἱεροσολύμων. Εἶτα ὑπέστρεψεν εἰς τὸ Βυ-
ιον· εἶτα εἰς Ῥώμην· ἐν ᾗ καὶ προσχειρίζεται
κοπος Ἀκραγαντίνων. Ὅθεν φθονήσαντες αὐτῷ
ῖνος, καὶ Κρισκεντῖνος, μυρίους πειρασμοὺς
γαγον. Καὶ θαυματουργήσας διαφόρως, θεοῦ
τι, κατήσχυνεν αὐτούς, καὶ μέλανας ἐποίησεν,
ε καὶ μέχρι τῆς σήμερον οὕτω φαίνεσθαι κατὰ
άν. Καὶ οὕτω παραλαβὼν τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ
ία ἐργασάμενος θαύματα, ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ τὸν
ἀπέλιπεν.

nus creatur: hinc Byzantium, deinde Romam profectus, hic demum Agrigentinorum episcopus ordinatur. Unde invidia moti Sabinus et Crescentinus, maximum ei facessebant negotium, quorum tamen insolentiam multis editis divina gratia miraculis compressit, eosque nigros reddidit, ita ut ad hanc diem eorum posteritas ita appareat. Atque Ecclesiam hac ratione recipiens, patratisque innumeris prodigiis, in extrema senectute vita functus est.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΚΕ'

λησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Κλήμεντος, ἐπισκόπου Ῥώμης.

λήμης ὁ σοφώτατος ὑπῆρχε μαθητὴς καὶ διά- B
ος τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ἀπὸ κινδύνου γὰρ
άσσης ποτὲ διασωθείς, καὶ τῷ ἀποστόλῳ Πέτρῳ
ιχὼν, ὑπ' ἐκείνου διδάσκεται τὴν εἰς Χριστὸν
θειαν, ἐπιστάμενος καὶ τὴν Ἑλληνικὴν γνῶσιν.
ους δὲ τοῦ Εὐαγγελίου γεγονὼς, καὶ τὰς τῶν
στόλων Διατάξεις συγγραψάμενος, κατέστη καὶ
μης ἐπίσκοπος. Ἀλλὰ, παρὰ Τραϊανοῦ βασιλέως
τηθείς, τιμωρεῖται. Εἶτα ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλα-
ς παραπέμπεται. Ἐν ᾗ καὶ ἐν τοίχῳ τινὶ ἀπο-
ίεται ἀναφραγείσης τῆς αὐτοῦ θύρας ἐκ λίθων.
εν καὶ ὀσπρίοις μόνοις ἀνετρέφετο. Οὕτω δὲ στε-
μενας, τέλει βίου ἐχρήσατο. Ὕστερον δὲ, ὡς
ι, πιστὶ τινες ἀναλαβόμενοι τὸ τίμιον αὐτοῦ
ῶμανον, ἀπεκόμισαν ἐν Χερσῶνι· ὅπερ ἐναπερ-
η τῇ θαλάσσῃ ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, μυρία θαύματα ἐνεργοῦν μέχρι καὶ σήμερον εἰς δόξαν
στοῦ.

EODEM MENSE.
Die vicesima quinta

210 *Certamen sacrosancti martyris Clementis, Romæ episcopi.*

Clemens sapientissimus sanctorum apostolorum discipulus et successor, naufragio et fluctibus aliquando ereptus, et cum Petro apostolo congressus, ab eo Christi veritatem edoctus est, cum jam Græcorum scientiam teneret. Factus autem Evangelii præco, apostolicarum Constitutionum scriptor, episcopus Romæ constituitur. Sed a Trajano imperatore comprehensus, tortusque, Ancyram Galatiæ relegatur: ubi pariete inclusus obstructa lapidibus janua, atque legumine tantum sustentatus, in hoc squalore et angustia e vita excessit: cujus pretiosæ reliquiæ, ut fertur, a fidelibus quibusdam sublatæ, Chersonam transferuntur, quæ in profundum maria ab idololatris projectæ innumera miracula in hanc usque diem ad Christi gloriam operantur.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ
C
λησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Πέτρου Ἀλεξανδρείας.

Πέτρος ὁ ἱερομάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ βασιλέως ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας. Κρατηθεὶς ἔμελλεν ἀποκεφαλισθῆναι. Καὶ ἀκούσας τοῦτο ὁ ετικὸς Ἄρειος, ὃν εἶχεν ὁ ἅγιος ἔξω τῆς Ἐκκλη-ς, ἦλθε συγχώρησιν αἰτούμενος. Τὸν δὲ ἅγιον τρον μὴ συγχωρῆσαι αὐτῷ, ἀλλ' εἰπεῖν, ὅναρ ἶν, τὸν Κύριον αὐτὸν ἐν σχήματι νεανίσκου, πε-ίμενον χιτῶνα διερρηγμένον ἀπὸ κεφαλῆς ἄχρι δῶν, καὶ, ὅτι ἐρωτήσαντα, Κύριε, τίς σου τὸν τῶνα διέῤῥηξεν; ἀκοῦσαι, ὅτι Ἄρειος, ἀλλὰ τοῦ-ν εἰς κοινωνίαν μὴ δέξῃ· Ἄρειος γὰρ οὔτε ἐν τῷ ν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι συγχωρηθήσεται. δήλου δὲ ὁ διερρηγμένος χιτὼν τὴν εἰς τὴν ἁγίαν D ιάδα διαίρεσιν τῆς τοῦ Ἀρείου βλασφημίας. Ταῦτα τῶν, καὶ τὸν διάδοχον αὐτοῦ φανερὸν ἐξ ὀνόματος ιήσας, ὁμοίως καὶ τὸν ἐκείνου, ἠκολούθησε τοῖς μίοις. Καὶ κατὰ τὴν τοῦ Μαξιμιανοῦ πρόσταξιν, ν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

Eodem die

211 *Certamen sancti martyris Petri Alexandrini.*

Petrus sacromartyr, Maximiano imperatore episcopus Alexandriæ, comprehensus, mortique addictus, exspectabat qui eum decollaret. Quod ubi rescivit hæreticus Arius, quem sanctus extra Ecclesiam ejecerat, ad eum accessit, veniam petiturus. Cui sanctus Petrus nequaquam veniam dedit, sed respondit, apparuisse sibi noctu Dominum specie adolescentis, veste a capite ad pedes usque discissa circumdatum, et sciscitanti: Domine, quis tuam vestem scidit? dixisse: Arius, quem ad communionem noli admittere; Arius enim neque in hoc sæculo, neque in futuro veniam consecuturus est. Discissa autem vestis significabat divisionem per Arii blasphemiam in sanctam Trinitatem inductam. Quæ cum dixisset, successoremque suum expresso nomine palam instituisset, ac similiter alterum, qui huic foret sufficiendus, designasset, lictores secutus, Maximiani jussu capite plexus fuit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ
Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μερκουρίου.

Ὁ μάρτυς Μερκούριος γέγονεν ἐπὶ Δεκίου καὶ λεριανοῦ τῶν βασιλέων, ἐκ τῆς Ἀνατολῆς στρα-

Eodem die

212 *Certamen sancti martyris Mercurii.*

Mercurius martyr, Decio ac Valeriano imperatoribus, in Orientali militans exercitu, cum fortiter

aliquando ab angelo adjutus rem gessisset, dux militum ab imperatoribus declaratur. Sed Christum diligens, Christianam fidem suscepit. Quod ubi rescivit imperator, ægre tulit. Comprehensum itaque, ad quatuor palos humi alligari jussit, et gladiis membratim concidi, ignemque accensum ei supponi: qui ex nimio sanguine exstinctus est. Post hæc alligato ad collum ingenti saxo, in equuleum inverso capite rapitur: detractaque ænea forcipe cute, vinctus Cæsaream Cappadociæ ducitur: ubi abscisso capite sepultus quiescit, curationes fidelibus omnibus ad hanc usque diem præbens.

A τιώτης ὤν, Ἀνδραγαθήσας δέ ποτε κατὰ τῶν βαρβάρων, ἐνδυναμωθεὶς ὑπὸ ἀγγέλου, ἐτύχθη στρατηλάτης παρὰ τῶν βασιλέων. Ἀγαπήσας δὲ Χριστὸν, ἐγένετο Χριστιανός. Καὶ τοῦτο μαθὼν βασιλεὺς ἐκικράνθη, καὶ κρατήσας αὐτὸν, ἐκτείνει τὴν γῆν εἰς τέσσαρας πάλους· καὶ μετὰ χειρῶν κατέκοπτε τὰ μέλη αὐτοῦ· καὶ ζέσας αὐτοῦ ἦψε πῦρ. Καὶ ἀπὸ τοῦ πολλοῦ αἵματος σβεσθὲν τὸ πῦρ· καὶ μετὰ τοῦτο ἀποτίθησιν εἰς τράχηλον αὐτοῦ λίθον βαρὺν, καὶ ἐκρέμασεν κατὰ κεφαλῆς. Εἶτα ἔδειραν αὐτὸν μετὰ βίων χαλκῶν, καὶ δήσαντες ἀπήγαγον εἰς Καππαδοκίας, καὶ ἀπεκεφάλισαν. Ὅπου καὶ ἐτέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ, ἰάματα πᾶσι τοῖς παρέχον μέχρι τῆς σήμερον.

Eodem die

213 *Certamen sanctæ magnæ martyris Æcaterinæ.*

Æcaterina martyr, Alexandrina, reguli cujusdam divitis ac nobilis filia, forma et ingenio præstantissima, cum Græcas litteras didicisset, philosophicis etiam scientiis se addixit, et linguas gentium omnium calluit. Cum vero festus aliquando dies idolis ageretur a Græcis videretque animalium multitudinem jugulari, id ægre ferens adiit Maximinum imperatorem, et cum illo disseruit, inquiens: Quare Deo vivo relicto, inanimata idola colis? Maximinus igitur retentam acerbissime excruciavit. Deinde accersitis undique quinquaginta oratoribus: Disceptate, inquit, cum Æcaterina, eamque convincite: nisi enim illam conviceritis, vos omnes C flammis tradam. Illi vero se superatos esse videntes, baptizati sunt, atque ita igni conflagrarunt. Æcaterina autem capite obtruncata est.

B

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος Αἰκατερίνης.

Ἡ μάρτυς Αἰκατερίνα ἐγένετο ἀπὸ Ἀλεξανδρείας, θυγάτηρ βασιλίσκου τινὸς, πλουσίου καὶ ἐνδόξου· εὔμορφος πάνυ. Κύφωνὸς δὲ ὑπάρχουσα ἔμαθεν Ἑλληνικὰ γράμματα, καὶ ἐγένετο σοφὴ λαβοῦσα καὶ γλώσσας πάντων τῶν ἐθνῶν. Ἑορτὴ δὲ ἐλέγετο δὲ ἑορτὴ τοῖς εἰδώλοις παρὰ τῶν Ἑλλήνων· θεωροῦσα τὰ ζῆα σφαζόμενα, ἐλυπήθη· καὶ ἐλθοῦσα εἰς τὸν βασιλέα Μαξιμῖνον, καὶ ἐφιλονείκησεν αὐτῷ εἰποῦσα, ὅτι Διὰ τί ἐγκατέλιπες Θεὸν ζῶντα, προσκυνεῖς εἰδώλοις ἀψύχοις; Ἐκεῖνος δὲ ἐμάνη αὐτὴν, καὶ ἑτοιμωρήσατο ἰσχυρῶς. Καὶ μετὰ ταῦτα ἔφερεν ὁ βασιλεὺς πεντήκοντα ῥήτορας, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι, Διαλέχθητε πρὸς τὴν Αἰκατερίνα, καὶ πείσατε αὐτήν· ἐὰν γὰρ μὴ νικήσητε αὐτὴν, πάντας ὑμᾶς κατακαύσω πυρί. Ἐκεῖνοι δὲ ἰδόντες, ἐνικήθησαν, ἐβαπτίσθησαν, καὶ οὕτως ἐκάησαν. Ἐφαλίσθη δὲ καὶ αὐτή.

EODEM MENSE.
Die vicesima sexta

214 *Commemoratio sancti Patris nostri Alypii.*

Sanctus Pater noster Alypius Heraclio imperatore decertavit. Fuit autem ex Adrianopoli Paphlagoniæ. Antequam vero nasceretur, ejus mater somnium hujusmodi vidit: Videbatur sibi gestare in ulnis insignis formæ agnum, in cujus cornibus hærerent accensi cerei: ex quo intellexit, nasciturum puerum, virtutibus clarum fore: quod et contigit. Clericus enim, deinde diaconus ordinatus, misso D rebus hujus sæculi nuntio, columnam ascendit: et stylita factus, sub dio nudus stetit, multis interim miraculis illustratus, et a dæmonibus sæpe impugnatus. Ipse vero quoad potuit, in pedes erectus orabat. Sed lapide a dæmonibus petitus, incidit in lateris morbum, quo cum annis tredecim laborasset, e vita excessit, annos natus centum et octo.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Κ̅ζ̅

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀλυπίου.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἀλύπιος, ἠγωνίσατο ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου. Ἐγένετο δὲ ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως τῆς Παφλαγονίας. Πρὸ τοῦ γεννηθῆναι δὲ αὐτον, εἶδεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ὄνειρον τοιοῦτον. Εἶδεν, ὅτι ἐβάσταζεν εἰς τὰς ἀγκάλας τὸ ἀρνίον ὡμαῖον, ἔχον εἰς τὰ κέρατα αὐτοῦ ἅπτοντα· καὶ ἐκ τούτου ἐνενόησεν, ὅτι τὸ παιδίον μέλλει γεννῆσαι, ἐνάρετον γενήσεται· ὃ καὶ γέγονεν. Γεννηθεὶς γὰρ ἐγένετο κληρικὸς· εἶτα διάκονος· καὶ ἀφῆκε τὸν κόσμον· καὶ ἀνῆλθεν εἰς κίονα, καὶ ἐγένετο στυλίτης· ἄσκεπος, γυμνὸς ἱστάμενος· καὶ πολλὰ θαύματα ποιῶν, ἐτεβουλεύθη ὑπὸ τῶν δαιμόνων. Ἐκεῖνος δὲ, ἕως οὗ ἐδύνατο, προσηύχετο ὀρθὸς ἱστάμενος· ὅτε δὲ μετὰ λίθου ἀπολυθεὶς ἐβλάβη παρὰ τῶν δαιμόνων, κατέπεσεν ἐπὶ πλευρὰν ἔτη δεκατρία, ἕως ἐτελεύτησεν, ὑπάρχων χρόνων ἑκατὸν ὀκτώ.

EODEM MENSE.
Die vicesima septima

215 *Certamen sancti, multisque certaminibus clari martyris Jacobi Persæ.*

Jacobus multis certaminibus insignis martyr ex

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΚΖ̅

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ πολυάθλου μάρτυρος Ἰακώβου τοῦ Πέρσου.

Ὁ πολύαθλος μάρτυς Ἰάκωβος ἐγένετο ἐκ

:, ἐπὶ Θεοδοσίου, βασιλέως Ῥωμαίων· ἀνδρεῖος A Perside fuit, Theodosio Romanorum imperatore. Is
ν καὶ ἔνδοξος, ἐτιμᾶτο παρὰ τοῦ βασιλέως τῶν ob egregiam animi virtutem generisque nobilitatem
ῶν. Ὢν δὲ πρότερον Χριστιανὸς, καὶ γυναῖκα in summo apud Persarum regem honore habebatur.
ν Χριστιανὴν, καὶ μητέρα καὶ πατέρα ὁμοίως Erat autem Christianus, et Christianam uxorem
ιστιανούς· ὅμως, διὰ τὴν τοῦ βασιλέως τιμὴν, habebat; matrem insuper, patremque Christianos;
ατο τὸν Χριστὸν, καὶ προσεκύνει τῷ Ἡλίῳ καὶ sed ob regis honorem, ejurato Christo, Solem
Πυρὶ, καὶ ἔσεβεν αὐτὰ ὡς θεούς. Μαθοῦσα δὲ Ignemque tanquam deos adoravit. Quod ubi mater,
ο ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ, ἔγραψαν πρὸς et uxor cognovere, dolore affectæ, per litteras illum
ν μετὰ λύπης, καὶ ἔπεισαν αὐτὸν πάλιν γενέ- induxere, ut ad Christianam fidem rediret. Quare
Χριστιανόν. Τότε διαγνωσθεὶς παρὰ τοῦ βασι- cognitus a rege, ejusque jussu comprehensus, acer-
, καὶ κρατηθεὶς, πικρότατον ὑπέστη θάνατον. bissimam mortem sustinuit. Membra enim ei sin-
ττον γὰρ ἓν ἓν μιλος, καὶ μέρος τοῦ σώματος gula, partesque corporis gladio præciduntur, donec
ι μαχαιρῶν, ἕως κατελείφθη μόνον τὸ σῶμα solum corpus cum capite, ac ventre superesset,
ὶ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς κοιλίας. Καὶ κατὰ μίαν cum interim ipse ad unamquamque sectionem gra-
τομὴν ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ. Καὶ οὕτως κελεύσει tias Deo ageret. Demum ejusdem regis jussu,
βασιλέως, μετὰ μαχαίρας ἐκόπη καὶ ἡ κεφαλὴ B trunco caput amputatur.
ῦ.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΚΗ'

EODEM MENSE.
Die vicesima octava

216 *Certamen sancti martyris Stephani Junioris, et sociorum Petri et Andreæ.*

ησις τοῦ ὁσιομάρτυρος Στεφάνου τοῦ Νέου, εἰ τῶν σὺν αὐτῷ μαρτυρησάντων Πέτρου καὶ νδρέου.

ωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, ὁ ἐπιλεγόμενος Καβαλ- Constantinus, cognomento Caballinus, imperator
ις, αἱρετικὸς ὤν, καὶ τὰς ἁγίας εἰκόνας μισῶν, hæreticus et sacrarum imaginum adversarius, cum
θε περὶ τούτων τῶν ἁγίων, Στεφάνου, Πέτρου, didicisset hos sanctos Stephanum, Petrum, et An-
Ἀνδρέου, ὅτι οὐ ποιοῦσι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀλλὰ dream, neglecto suo imperio, imagines adorare,
σκυνοῦσι τὰς εἰκόνας, καὶ ἀποκαλοῦσιν αὐτὸν seque ab iis hæreticum appellari, comprehensos
τικόν. Καὶ ἀποστείλας ἐπίασεν αὐτοὺς καὶ ἐτι- jussit primum gravissime excruciari: deinde san-
ρήσατο πρῶτον ἰσχυρῶς. Εἶτα τὸν μὲν ἅγιον Στέ- ctum Stephanum funiculis alligatum, media urbe
ον προσέταξε δεθῆναι μετὰ σχοινίου· καὶ σύρε- raptari: qui dum raptaretur, a quodam in capite
ι μέσον τῆς πόλεως. Καὶ σκρόμενον τοῦτον λα- C fuste percussus, contuso ac in duas partes dissecto
τις μέγα ξύλον, ἔπληξε κατὰ τῆς κεφαλῆς. Καὶ capite interiit, atque in eo loco, ubi nunc jacet,
ίσθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ εἰς δύο, καὶ ἐτελεύτησε· sepultus fuit. Similiter et sanctus Andreas vinctus,
ἐτάφη ἐν τόπῳ, ἐν ᾧ καὶ κατάκειται. Ὁμοίως raptatusque, e vita excessit. At sanctus Petrus in
ὁ ὅσιος Ἀνδρέας, καὶ αὐτὸς δεθεὶς καὶ συρό- carcerem prius conjectus, deinde eductus, tandiu
ος, ἐτελεύτησεν. Ὁ δὲ ἅγιος Πέτρος, πρῶτον flagellis cæditur, donec spiritum Deo tradidit.
κλεισθεὶς εἰς φυλακὴν, καὶ μετὰ τοῦτο ἐκβληθεὶς, καὶ τυπτομενος, παρέδωκε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τῷ
ῷ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Eodem die

217 *Certamen sanctorum, qui cum sancto Stephano juniore pro sacris imaginibus martyrium subierunt.*

ησις τῶν ἁγίων, τῶν σὺν τῷ ἁγίῳ Στεφάνῳ τῷ Νέῳ, ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἰκόνων μαρτυρη- άντων.

Πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν τότε ὀρθοδόξων, ὄντων, ταξάμενοι τῷ βίῳ, γεγόνασι μοναχοί. Τοὺς τοιού- ος δὲ ὁ παράνομος βασιλεὺς τιμωρησάμενος, ἐφό- σε. Καὶ γὰρ τὸν ἕνα, Βασίλειον καλουμενον, ἐκ- φλώσας, εἶτα τὴν προσκύνησιν τῶν ἁγίων εἰκόνων λοῦντα ἀκούσας, λακτίσας, ἐξήνεγκε τὰ ἔντερα D impacto intestina disrupit: deinde relegatum, e
τοῦ, καὶ οὕτως ἐξορισθεὶς μετὰ ὀδύνης ἐτελεύτη- vita abire coegit. Alius equuleo inclusus, naribus
ν. Ἄλλος ἔγκλειστος ἐν τῷ σωσθενίῳ ῥινοκοπη- præcisis, Chersonam relegatur: unde fuga saluti
ὶς, ἐν Χερσῶνι ἐξωρίσθη, καὶ μέλλων φονευθῆναι, suæ eonsulens, in Chazariam sese proripuit, ub
υγεν εἰς Χαζαρίαν, ἐν ᾗ καὶ ἐπισκοπος ἐγένετο, episcopus factus, postea decessit. Alius Stephanus
εἰ ὕστερον ἐτελειώθη. Ἄλλος δὲ Στέφανος ὀνόματι nomine, in Sogdiam ejectus, cum ibi plurimis pro-
ς Σουγδίαν ἐξορισθεὶς, καὶ πολλοὺς ὠφελήσας, fuisset, vivendi finem fecit. Similiter et Gregorii
λος ἔσχε τοῦ βίου. Ὁμοίως καὶ Γρηγόριοι δύο σὺν duo cum aliis quamplurimis vertere solum coacti,
λλοῖς ἄλλοις ἐξορισθέντες, ἀπέθανον. Ἀλλὰ καὶ obiere. Sed Joannes exlegatarius, Daphnusiam ex-
ωάννης ἀπὸ λεγαταρίων, εἰς Δαφνουσίαν ἐξορισθεὶς, pulsus, statis temporibus, imperatoris jussu, fre-
εἰ τῇ τοῦ βασιλεύοντος κελεύσει δερόμενος κατὰ quentissime cæsus, vita perfectus est.
ιρὸν συχνῶς, τὸν βίον ἀπέλιπεν.

Eodem die

218 *Certamen sancti martyris Irenarchi.*

Irenarchus martyr Sebastensis, ab adolescentia lictoris officium ad multandos sanctos martyres præstabat. Sed cum videret abreptas ad quæstionem a Maximo, Sebastes præfecto, temporibus Diocletiani imperatoris, Christianas mulieres multo fortiores esse, quam sexus muliebris ferre posset, editisque miraculis tyrannum confundere; divina Christi gratia illuminatus, sumpto animo Christum aperte confessus, seipsum etiam Christianum prædicavit. Et primum quidem præsidis jussu in lacum injicitur: deinde cum ex eo incolumis evasisset, in ardentem fornacem immittitur; unde etiam sine ullo detrimento egressus, capite plectitur, et spiritus quidem ejus in cœlos evolavit; reliquiæ vero in terra sepultæ jacent.

A

B

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εἰρηνάρχου.

Εἰρήναρχος ὁ μάρτυς ἐγένετο ἀπὸ τῆς π
Σεβαστείας. Νέος δὲ ὢν τὴν ἡλικίαν, ὑμ
τάξιν ὑπῆρχε, καὶ τιμωρουμένων τῶν
μαρτύρων, αὐτὸς καθυπούργει. Ἐξεταζομέ
γυναικῶν Χριστιανῶν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δι
τιανοῦ, παρὰ Μαξίμου ἄρχοντος τῆς Σεβ
φωτίζεται τὴν ψυχὴν ὁ Εἰρήναρχος ὑπὸ τῆς
χάριτος τοῦ Χριστοῦ, ἐξ ὧν ἔβλεπε τὰς γ
ὑπὲρ φύσιν ἀνδριζομένας, καὶ καταισχυνούσ
τύραννον, ἐπὶ τοῖς παρ' αὐτῶν γινομένοις θ
Ὅθεν παῤῥησίᾳ ὁμολογήσας τὸν Χριστὸν, κ
τὸν ἀνακηρύξας Χριστιανὸν, πρῶτον μὲν
ἄρχοντος προστάξει ἀπερρίφη ἐν τῇ λίμνῃ
ἐκ τῆς λίμνης ζῶν ἐξελθών, εἰς κάμινον ἐμβ
πυρός. Καὶ ἐκ ταύτης διασωθεὶς παραδόξως,
φαλίσθη. Καὶ τὸ μὲν πνεῦμα αὐτοῦ ἀνῆλθεν
οὐρανοῖς· τὸ δὲ λείψανον ἀπεδόθη τῇ γῇ.

EODEM MENSE.
Die vicesima nona

219 *Commemoratio sancti Patris nostri Joannis Damasceni.*

Hic Leone Isauro, ejusque filio Constantino imperatoribus, floruit in urbe Damasco, genere, nobilitate ac fide clarus, patre virtutibus insigni natus; omnemque Græcorum disciplinam, necnon divinas Scripturas assecutus. Ob Christi autem fidem patriis opibus derelictis, monachus factus est una cum Cosma, cujus plures exstant hymni, qui in sanctis festis, ac præcipue in magna sancti Paschatis hebdomada decantantur. Sanctus vero Joannes multa verborum ubertate sententiarumque gravitate, atque sacræ Scripturæ auctoritate hæresim Iconomachorum confundens, sæpe carcere, sæpe ærumnis ab hæreticis imperatoribus multatus, vexatusque, in optima confessione decessit, et a discipnlo suo sepultus fuit.

C

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΚΘ΄

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου
Δαμασκηνοῦ.

Οὗτος ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντ
Ἰσαύρου, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ
ἐκ τῆς πόλεως Δαμασκοῦ· γένους περιφαν
ἐνδόξου καὶ πιστοῦ. Ἔτυχε δὲ φιλαρέτου τ
καὶ ἐξεπαιδεύθη πᾶσαν τὴν Ἑλληνικὴν π
σιν, ἀλλὰ καὶ τὴν θείαν Γραφήν. Διὰ δὲ
Χριστὸν πίστιν τὸν πατρικὸν πλοῦτον κατ
γέγονε μοναχὸς, μετὰ καὶ Κοσμᾶ, οὗτινος
λόγος τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἑορταῖς ποιημ
μελῳδιῶν, καὶ μάλιστα ἐν τῇ ἁγίᾳ μεγάλῃ
περὶ τοῦ Πάσχα. Ὁ οὖν ὅσιος Ἰωάννης,
λόγων αὐτοῦ δυνάμει, καὶ ταῖς ἐκ τῶν ἁγίων
ἀποδείξεσι, κατῄσχυνε τὴν τῶν Εἰκονομάχω
σιν. Ὅθεν καὶ διαφόρως ἐξορισθεὶς παρὰ τῶν
κῶν βασιλέων, καὶ φυλακαῖς παραδοθεὶς, κ
αὐταῖς τῇ κακουχίᾳ ταλαιπωρηθεὶς, ἐν καλῇ
γίᾳ ἐτελειώθη, ταφεὶς ὑπὸ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ.

Eodem die

220 *Certamen sancti martyris Philomeni.*

Philomenus martyr, Aureliano imperatore, ex regione Lycaoniæ, negotia exercens, advehendis frumentis Ancyræ in Galatia operam dabat. Quod autem Christianus esset, apud præfectum Ancyræ delatus, ejus tribunali sistitur. Cumque Christum omnium Deum Dominum profiteretur, primum quidem ferreis clavis pedibus manibusque confixis, in equuleum raptus, scorpionibus laceratur; deinde e ligno depositus, in ardentem fornacem conjicitur: sed nullo, Dei virtute, damno affectus, pedibus iterum, manibus, et capite clavis trajectis, triginta stadia cursu confiecre compellitur, donec cursu et labore confectus, beatam animam suam Deo tradidit, pro quo martyrium subiit.

D

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Φιλουμένου.

Φιλούμενος ὁ μάρτυς ἦν ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ τ
σιλέως, ἀπὸ χώρας τῆς Λυκαονίας, πραγματ
νος, καὶ σῖτον κομίζων ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Ἀγ
τῆς Γαλατίας. Χριστιανὸς δὲ ὤν, διαβάλλετ
ἄρχοντι Ἀγκύρας. Καὶ παραστὰς τῷ κρ
αὐτοῦ, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, Θεὸν
τοῦ παντὸς, καὶ Κύριον, πρῶτον μὲν ἦ
τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας ἥλοις σιδηροῖς, κα
σανίζεται. Ἔπειτα κρεμασθεὶς, μετὰ τοῦ σ
ξέεται, καὶ τοῦ ξύλου ἀποκαθιβασθεὶς, εἰς
νον ἐκπυρωθέντα ἐμβάλλεται. Ἐκ τούτου δὲ
τοῦ Θεοῦ δυνάμει, ἀβλαβὴς διαφυλαχθεὶς, κα
ται αὖθις τοὺς πόδας, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴ
φαλήν· καὶ ἐπὶ τριάκοντα σταδίους ἐλαύνεται

λιποψυχήσας ἀπὸ τοῦ πολλοῦ δρόμου, καὶ τοῦ τοσούτου κόπου, τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν παρέδωκε Θεῷ, δι' ὃν ἐμαρτυρησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου ἀποστόλου Ἀνδρέου, ἀδελφοῦ τοῦ μεγάλου Πέτρου.

οὗτος, ἀδελφὸς γνήσιος ὑπάρχων τοῦ μεγάλου στόλου Πέτρου, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ὢν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκήρυξεν εἰς πᾶσαν τὴν παρ- ν τῆς Βιθυνίας, καὶ τοῦ Πόντου, καὶ τῆς Θρᾴ- , καὶ τῆς Σκυθίας. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀπῆλθεν ἐν αστουπόλει τῇ μεγάλῃ· ἐν ᾗ παρεμβάλλουσιν ὁ ὸς, καὶ ὁ Φάσις οἱ ποταμοί. Οὗτινος Φάσιδος τεροι οἱ Αἰθίοπες κατοικοῦσιν. Εἶτα ἀπῆλθεν ἐν ραις τῆς Ἀχαΐας εἰς Πελοπόννησον. Καὶ ἐσταυ- ηη ὑπὸ Αἰγεάτου τοῦ ἀνθυπάτου· καὶ οὕτως ειώθη. Τὸ δὲ ἱερὸν αὐτοῦ λείψανον τότε μὲν η ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐας· ὕστερον δὲ ἀνακομι- , προστάξει τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, παρὰ ἁγίου Ἀρτεμίου ἐν Κωνσταντινουπόλει κατετέθη, ὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Λουκᾶ καὶ Τιμοθέου, τὴν ἱερὰν τράπεζαν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ον ἰαμάτων Χάριν.

EODEM MENSE.

Die tricesima

221 *Certamen sancti et clarissimi apostoli Andreæ, fratris magni Petri.*

Hic germanus magni apostoli Petri frater, post ascensionem Domini nostri Jesu Christi, prædicavit in tota maritima ora Bithyniæ, Ponti, Thraciæ, et Scythiæ: deinde magnam Sebastopolim lustravit, quam fluvii duo interscindunt, Psarus, et Phasis, cujus sunt accolæ inferiores Æthiopes. Postremo Patras Achaiæ in Peloponnesum migravit, ubi ab Ægea proconsule in crucem sublatus est: atque ita mortem obiit. Sacræ vero ejus reliquiæ tunc quidem Patris in Achaia depositæ; postea vero Constantini imperatoris jussu a sancto Artemio, una cum sanctis apostolis Luca et Timotheo, Constantinopolim translatæ, sub sacra apostolorum mensa conditæ fuerunt, gratiam curationum emittentes.

MENOLOGII GRÆCORUM

PARS SECUNDA

A MENSE DECEMBRI AD FEBRUARIUM.

ΜΗΝΙ ΔΕΚΕΜΒΡΙΩ

Ἐν τῇ πρώτῃ.

Μνήμη τοῦ ἁγίου, καὶ ἐνδόξου προφήτου Ναούμ.

Ὁ μέγας καὶ ἔνδοξος προφήτης Ναοὺμ ἐγέ- ο ἀπὸ τῆς φυλῆς Συμεων καὶ, τῆς χώρας τῶν ουδαίων. Εὐλαβὴς δὲ ὢν, ἐδέξατο παρὰ Θεοῦ προ- τείας χάρισμα· καὶ προεφήτευσε κατὰ Νινευὴ ς πόλεως. μετὰ τὸ προφητεῦσαι κατ' αὐτῆς πρό- ρον τὸν Ἰωνᾶν. Κἀ εἶπεν, ὅτι Μέλλει ἡ Νι- υὴ ὑπὸ ὑδάτων γλυκέων καὶ πυρὸς ἀφανισθῆναι. καὶ γέγονε· τῇ γὰρ κελεύσει τοῦ Θεοῦ, διὰ τὰς αρτίας αὐτῶν ἡ περιέχουσα τὴν Νινευὴ λίμνη, ισμοῦ γενομένου, κατεπόντισεν αὐτήν. Καὶ πῦρ ἐκ ἧς ἐρήμου ἐπελθὸν, τὰ ἐναπομεῖναν μέρος αὐτῆς τέκαυσε. Καὶ μετὰ τὸ προφητεῦσαι πάντα ταῦτα, πέθανε, καὶ ὑπὸ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ ἐτάφη τὸ είψανον αὐτοῦ ἐντίμως ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ. Ἦν δὲ ὅτε τελεύτησεν, ἐτῶν τεσσαράκοντα καὶ πέντε. Εἶχε δὲ ἐνειον μὲν στρογγύλον· ἰσχνὸν πρόσωπον, ἁπλᾶς τρίχας. Ἦν δὲ καὶ ὑποφάλακρος, καὶ τὴν κεφαλὴν χων ἐπιμήκη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀνανίου.

Ἀνανίας ὁ μάρτυς ἐγένετο μὲν ἀπὸ τῆς Χώρας

MEMSE DECEMBRI.

Die prima

1 *Commemoratio sancti et gloriosi prophetæ Nahum.*

Magnus et gloriosus propheta Nahum de tribu Simeon, ex regione Judææ, fuit, vir singulari in Deum pietate. Cum autem prophetiæ donum a Deo accepisset, prophetavit adversus Niniven urbem, post Jonam prophetam, dicens: Ninive dulcibus aquis ignique subvertetur. Quod et contigit: divino enim jussu propter eorum peccata stagnum, quod urbem ipsam ambibat, terræmotu facto, illam submersit, et ignis ab eremo irruens reliquias ejus penitus absumpsit. Postquam **2** autem hæc omnia prædixisset, decessit, ejusque corpus a propinquis in terra sua honorifice conditum fuit. Cum vero obiit, annos quadraginta quinque agebat. Erat autem mento rotundo, facie gracili, tenui capillo, capite subcalvo ac procero.

Eodem die

3 *Certamen sancti martyris Ananiæ.*

Ananias martyr ex Persidis regione fuit, laicus

quidem, sed Christianus : atque idcirco a Persis comprehensus, acerbissimis tormentis excruciatus est, et ad necem flagris concisus, ut vix respiraret. Sublatis tandem oculis ita eos, qui aderant, allocutus est : Consurgite, et Deum orate : ecce enim video scalam cælum attingentem, et super eam homines igneos, mihi dicentes : Veni nobiscum, et ducemus te in urbem lætitiæ, hilaritatis, lucisque plenam. Quibus in verbis exspiravit : et sancta quidem illius anima in supernam, quam viderat, civitatem advolavit : at corpus in Perside conditum exspectat tremendam, et extremam resurrectionem, quando una cum omnibus resurget, et immortali Christi Dei nostri regno perfruetur.

A τῶν Περσῶν· ἡ δὲ λαϊκὸς, ἀλλὰ Χριστια
διὰ τοῦτο πιάσαντες αὐτὸν οἱ Πέρσαι, ὑπ
ἰσχυρῶς Καὶ ἀπὸ τοῦ πολλοῦ δαρμοῦ ἐγε
νεκρὸς, ὀλίγον ἀναπνέων. Καὶ κείμενος ἐν
ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς τοὺς παρ
ἐκεῖ· Ἐγέρθητε καὶ ποιήσατε πρὸς θεὸ
ἰδοὺ γὰρ θεωρῶ σκάλαν φθάνουσαν εἰς τὸ
καὶ πυροειδεῖς ἐπ' αὐτὴν ἄνδρας λέγοντάς
θὲ μεθ' ἡμῶν, καὶ εἰσαγάγωμέν σε εἰς τ
Παντελεήμων, ὁ τοῦ Χριστοῦ μέγιστος μάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Νικομηδείας, υἱὸς δὲ Εὐστοργίου Ἕλληνος, καὶ Εὐβούλης Χριστιανῆς, ἰατρὸς τὴν τέχνην. διδαχθεὶς ταύτην μὲν παρὰ Εὐφροσύνου, δόξαν μεγίστην ἔχοντος ἐν τοῖς ἰατροῖς· τὴν δὲ τοῦ Χριστοῦ πίστιν παρὰ Ἑρμολάου τοῦ πρεσβυτέρου, ὑφ' οὗ καὶ ἐβαπτίσθη. Δι' ἣν καὶ παῖδα ὑπὸ ἐχίδνης πληγέντα, καὶ θανατωθέντα ἀνέστησε, καὶ τυφλὸν ἀναβλέψαι ἐποίησε· καὶ ἄλλα πολλὰ διενήργησε θαύματα. Διαγνωσθεὶς δὲ τῷ βασιλεῖ Μαξιμιανῷ, καὶ κρατηθεὶς, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, C ἐβασανίσθη διαφόρως. Καὶ τελευταῖον τὴν διὰ τοῦ ξίφους ἀπόφασιν λαβών, δεθεὶς ἁλύσεσι, καὶ καταλαβὼν τὸν τόπον τῆς τελειώσεως, προσδέθη δένδρῳ ἐλαίας. Καὶ ἀποτμηθεὶς τὴν κεφαλὴν, ἔβρευσεν αἷμα, καὶ γάλα· ὅπερ μέχρι τῆς σήμερον φαινόμενον, παρέχει τοῖς προσερχομένοις πᾶσι πιστοῖς ἰάματα.

Panteleemon maximus Christi martyr, ex urbe Nicomedia, filius fuit Eustorgii ethnici, et Eubules Christianæ, professione medicus: quam quidem artem ab Euphrosyno maximam inter medicos gloriam adepto didicerat; Christi autem fidem ab Hermolao presbytero accepit, a quo et baptizatus est: ob eamque et puerum viperæ morsu interfectum ad vitam revocavit, et cæco visum restituit, et alia plura miracula patravit. Delatus autem ad Maximianum imperatorem, et comprehensus, cum C Christum confessus fuisset, diversis tormentis excruciatus fuit. Postremo accepta capitis sententia, vinculis constrictus, et ad locum supplicii ductus, olivæ alligatus, et capite truncatus, sanguinem et lac emisit; quæ usque in hodiernum diem conspiciuntur, et fidelibus omnibus accedentibus curationes præstant.

Καὶ μνήμη τῆς ἁγίας Ἀνθούσης.

Et commemoratio sanctæ Anthusæ.

Ἡ ὁσία Ἀνθουσα ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Καβαλλίνου. Καταλιποῦσα δὲ τὸν κόσμον, καὶ τὸν Χριστὸν ποθήσασα, ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις διέτριβεν. Καὶ εὑροῦσα μοναχόν τινα πρεσβύτερον ἅγιον ἐν τοῖς χωρίοις τοῦ Μαντινέου προσκαθεζόμενον, ἐκεῖνον ἐμιμήσατο εἰς ἄσκησιν. Καὶ εἰς τοσοῦτον προσῆλθεν ἀρετῆς, ὡς καὶ εἰς φοῦρνον ἐκκαέντα σφοδρῶς εἰσελθεῖν, καὶ μὴ καῆναι. Μετὰ δὲ τελευτὴν Σισιννίου τοῦ ἁγιωτάτου πρεσβυτέρου, διαγνωσθεῖσα ὑπὸ τοῦ Καβαλλίνου, ὅτι τὰς ἁγίας εἰκόνας τιμᾷ καὶ σέβει, ἠναγκάσθη παρὰ τῶν ἀποσταλέντων, ἀρνήσασθαι τὴν τούτων προσκύνησιν. Καὶ μὴ πεισφεῖσα, ἐτύφθη σφοδρῶς. Ἐπεὶ δὲ μὴ δυναμένη τεκεῖν, τῇ τοῦ βασιλέως ἐμήνυσε γυναικὶ παιδία δύο γεννῆσαι, τὸ μὲν ἄρσεν, τὸ δὲ θῆλυ· τούτου γενομένου, ἀπελύθη τῆς βασάνου. Καὶ οὕτω παρεσκεύασε τὴν βασίλισσαν διατεθῆναι πρὸς αὐτὴν, ὡς καὶ εἰς μητρὸς τάξιν ἔχειν. Καὶ οὕτως ἐκοιμήθη.

Sancta Anthusa floruit, imperante Constantino Caballino. Cum autem abdicato sæculo Christum concupisceret, in montibus et speluncis sese exercuit: et sanctum quemdam monachum ac presbyterum in Mantinei terris commorantem nacta, hunc in religiosa exercitatione imitandum suscepit D eoque in virtutibus profecit, ut ardentem caminum ingressa, nullam flammæ læsionem senserit. Post obitum vero sanctissimi presbyteri Sisinnii, agnita a Caballino, quod sanctas imagines honoraret coleretque, missis ad eam nuntiis compulsa illarum adorationem abnegare, **184** cum illa facere recusaret, diris verberibus cæsa fuit. Sed cum imperatoris uxore in partus difficultatem incidente, illa indicasset, binos infantes, masculum, scilicet, et feminam, imperatricem esse enixuram, idque, sicut prædixerat, contigisset; a tormentis liberata, sic imperatricem erga se affecit, ut matris loco ab ea haberetur. Atque hunc in modum obdormivit.

EODEM MENSE.
Die vicesima octava.
Certamen sancti martyris Eustathii Ancyræ.

Eustathius Christi martyr, cum professione miles esset, ac religione Christianus, ad Cornelium Ancyræ præsidem adductus, interrogatusque, Christum libere confessus est. Quamobrem graviter verberatus spondylisque perforatis, funibus alligatus, raptatur ab urbe Ancyra usque ad Sangarum fluvium, sequente ac vidente eodem præside. Illic vero in theca inclusus, in eumdem fluvium demergitur. Sed, Deo volente, superveniens divinus angelus, thecam ad terram eduxit, inventusque est in ea sanctus illæsus et psallens: Qui habitat in adjutorio Altissimi, et cætera. Quod cum præses didicisset, pudore perfusus, educto gladio seipsum in teremit. Sanctus autem martyr orans, divinique muneris particeps factus per emissam sibi cœlitus columbam, manibus apparentis angeli spiritum tradidit: ejus vero reliquiæ in eadem urbe Ancyra depositæ fuere.

185 *Et certamen sancti martyris Acacii.*

Acacius Christi martyr claruit, imperante Licinio: ad quem adductus, cum Christum confessus fuisset, suspensus et excarnificatus est. Deinde Terentio præfecto traditus, ejusque jussu in candentem ollam pice, oleo seboque plenam injectus, incolumis evasit. Præfectum vero Apameam et Apolloniadem abeuntem sequi compulsus, ibique in fanum idolorum adductus, fusis precibus simulacra omnia contrivit. Postea tribuno traditus, graviterque cæsus, cum feris pugnavit. Mox in fornacem injectus, illæsus permansit. Tribunus vero frigefactam fornacem existimans, cum eam visurus appropinquaret, flamma combustus, in pulverem redactus est. At Acacius Possidonio præsidi traditus, gravibusque catenis ferreis circumdatus, Miletum abductus fuit: ubi cum idola rursus contrivisset, capite obtruncatus, sanguinem et lac emisit.

Et certamen sanctorum apostolorum Prochori, Nicanoris et sociorum.

EODEM MENSE.
Die vicesima nona.
Certamen sancti martyris Callinici.

Callinicus Christi martyr ex regione Ciliciæ, Christianus cum esset, verbumque Christi doceret, hortabatur, a rebus quidem vanis se abstinere, universorum autem factorem Christum agnoscere. Quamobrem comprehensus, et ad præsidem adductus, omnigenis ab eo tormentis subjectus est: mox ferreis calceamentis cum clavis acutis subligatis, ante equos usque ad urbem Gangram stadiis sexaginta dissitam currere adactus, cum sexaginta stadia pedibus confecisset, videns abducentes ipsum milites præ siti animam agere, fusis precibus

A

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΚΗ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εὐσταθίου Ἀγκύρας.

Εὐστάθιος, ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, στρατιώτης μὲν ἦν, χριστιανὸς δὲ, καὶ προσαχθεὶς Κορνηλίῳ τῷ ἡγεμόνι Ἀγκύρας, καὶ ἐρωτηθεὶς, παῤῥησίᾳ ὡμολόγησε τὸν Χριστόν. Ὅθεν ἐτύφθη σφοδρῶς, καὶ τοὺς ἀστραγάλους τρυπηθεὶς, καὶ σχοινίοις περιλειφθεὶς, σύρεται ἀπὸ τῆς πόλεως Ἀγκύρας ἕως τοῦ Σαγγάρου ποταμοῦ, ἀκολουθοῦντος καὶ ὁρῶντος τοῦ ἡγεμόνος. Ἐκεῖσε δὲ ἐν γλωσσοκόμῳ βληθεὶς, ἐῤῥίφη ἐν τῷ ποταμῷ. Κατ' εὐδοκίαν δὲ τοῦ Θεοῦ ἐπιστὰς θεῖος ἄγγελος, ἐξήγαγε τὸ γλωσσόκομον ἐπὶ τὴν ξηρὰν, καὶ εὑρέθη ἐν αὐτῷ ὁ ἅγιος ἀβλαβὴς, ψάλλων· Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καὶ τὰ ἑξῆς. Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ ἡγεμὼν καὶ αἰσχυνθεὶς, σπασάμενος μάχαιραν, ἀνεῖλεν ἑαυτόν. Ὁ δὲ ἅγιος μάρτυς εὐξάμενος, καὶ μεταλαβὼν τῆς θείας δωρεᾶς διὰ τῆς ἐκπεμφθείσης αὐτῷ οὐρανόθεν περιστερᾶς, ταῖς χερσὶ τοῦ ἐπιφανέντος ἀγγέλου τὸ πνεῦμα παρέθετο. Καὶ κατετέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει Ἀγκύρᾳ.

B

Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀκακίου.

Ἀκάκιος, ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Λικιννίου, ᾧ καὶ παραστὰς, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, καὶ κρεμασθεὶς ἐξέσθη. Εἶτα παρεδόθη Τερεντίῳ τῷ ἐπάρχῳ· ὑφ' οὗ εἰς τήγανον πεπυρωμένον ἐνεβλήθη, πίσσης καὶ ἐλαίου καὶ στέατος πεπληρωμένον. Καὶ μνδὲν ἀδικηθεὶς, εἰς Ἀπάμειαν,

C

καὶ Ἀπολλωνιάδα τῷ ἡγεμόνι ἀπερχομένῳ ἀκολουθεῖν ἠναγκάσθη. Ἔνθα ἐν τῷ ναῷ εἰσελθὼν τῶν εἰδώλων, προσευχόμενος πάντα συνέτριψε τὰ ξόανα. Μετὰ ταῦτα τῷ τριβούνῳ παραδοθεὶς, καὶ τυφθεὶς σφοδρῶς ἐθηριομάχησεν. Εἶτα εἰς φοῦρνον ἐμβληθεὶς, ἀβλαβὴς διέμεινεν. Δόξας δὲ ὁ τριβοῦνος ψυχρὸν εἶναι τὸν φοῦρνον, καὶ προσεγγίσας ἰδεῖν, αὐτὸς μὲν κατακαεὶς, εἰς κονιορτὸν ἐγένετο· ὁ δὲ Ἀκάκιος παρεδόθη Ποσιδωνίῳ τῷ ἄρχοντι. Καὶ περιτεθεὶς βαρέα σίδηρα, ἤχθη εἰς Μίλητον· καὶ πάλιν συντρίψας τὰ εἴδωλα, ἐτμήθη τὴν κεφαλὴν, τῆς τομῆς ῥευσάσης αἷμα καὶ γάλα.

Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων ἀποστόλων Προχόρου, Νικάνωρος, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς.

D

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΚΘ'

Ἄθλησις, τοῦ ἁγίου μάρτυρος Καλλινίκου.

Καλλίνικος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς χώρας Κιλικίας· Χριστιανὸς δὲ ὤν, καὶ διδάσκων τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ παρῄνει μὲν ἀπέχεσθαι τῶν ματαίων, τὸν δὲ ποιητὴν τοῦ παντὸς ἐπιγινώσκειν Χριστόν. Ὅθεν κρατηθεὶς, ἦχθη πρὸς τὸν ἡγεμόνα, καὶ παρ' αὐτοῦ παντοίαις βασάνοις ὑποβληθεὶς, ὑποδήματα σιδηρᾶ μετὰ ἥλων ὀξέων ὑπεδέθη, καὶ ἠναγκάσθη τρέχειν ἔμπροσθεν τῶν ἵππων μέχρι τῆς πόλεως Γάγγρας ἀπεχούσης σταδίους ἑξήκοντα. Καὶ πεζεύσας ἑξήκοντα στάδια, καὶ ἰδὼν τοὺς ἀπάγοντας αὐτὸν στρατιώτας τῷ δίψει λειποψυχοῦντας, προσευ-

ξάμενος ἐξήγαγεν ὕδωρ ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότισεν αὐτούς. Καὶ φθάσας τὴν πόλιν Γάγγραν, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Καὶ μετὰ ὀλίγας ἡμέρας τῆς φυλακῆς ἐκβληθείς, καὶ καταναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ πεισθείς, πυρὶ ἐτελειώθη. Καὶ κατετέθη τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον χερσὶ Χριστιανῶν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ τῆς τελειώσεως.

Καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Ἰωάννου μητροπολίτου Χαλκηδόνος.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Λ'

Μνήμη τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ στρατιώτου.

Οὗτος ἦν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου στρατευόμενος. Ἀποσταλεὶς οὖν μετὰ καὶ ἑτέρων στρατιωτῶν εἰς τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν διωγμὸν, ἦν μὲν τοῖς ὁρῶσι διώκτης· συνεμάχει δὲ κρύφα τοῖς Χριστιανοῖς· τοῖς μὲν πρὸ τοῦ κρατηθῆναι μηνύων φυγεῖν· τοῖς δὲ μετὰ τὴν κατάσχεσιν λάθρα ἐπινοῶν τὴν ἀπόδρασιν. Οὐ μόνον δὲ τὸ συμπαθὲς πρὸς τούτους ἐπεδείκνυτο, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐνδεέσιν ἐχορήγει τὰ ἐπιτήδεια. Καὶ προσευχαῖς καὶ νηστείαις, καὶ τῶν ἀσθενῶν ἐπισκέψεσι, καὶ ταῖς τῶν θλιβομένων παραμυθίαις τὸν βίον αὐτοῦ ἐπεκόσμει καὶ πρὸς τὸ σεμνὸν κατερρύθμισεν. Οὕτω δὲ βιώσας, ἐν Κυρίῳ ἀνεπαύσατο· καὶ κατετέθη ἐν τόπῳ, ἔνθα καὶ οἱ ξένοι ἐτίθεντο· ἐγνώσθη δὲ ὕστερον γυναικί τινι δι' ἀποκαλύψεως· ὃς αὐτῇ ἐπιστὰς, τήν τε ἐν τῷ βίῳ πρᾶξιν αὐτοῦ καὶ ὃ ἐπεκέκλητο ὄνομα, διεσάφησε. Θαυματουργῶν δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, ἐπέχει καὶ τοὺς ὁρασμοὺς τῶν δούλων.

Καὶ μνήμη τῶν ἁγίων ἀποστόλων Σίλα, Σιλουανοῦ, Κρίσκεντος, Ἐπαινετοῦ καὶ Ἀνδρονίκου.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΛΑ'

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἰουλίττης.

Ἰουλίττα, ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν ἐκ πόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας. δίκην δὲ ἔχουσα πρὸς τινα πλεονεκτικὸν ἄνδρα, καὶ βίαιον, ὃς γῆς ταύτης τὸ πλεῖον ἀποτεμών, καὶ ἀγροὺς, καὶ ζῶα, καὶ κώμας, καὶ οἰκέτας, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ βίου κατασκευὴν πρὸς ἑαυτὸν μετέστησε, καταφρονῶν τοῦ δικαίου καὶ τοῦ Θεοῦ, συκοφάνταις καὶ ψευδομάρτυσι, καὶ δωροδοκίαις τῶν δικαζόντων ἐπερειδόμενος· παραστᾶσα τῷ δικάζοντι, καὶ ἀρξαμένη ἀναδιδάσκειν τὴν τοῦ ἀνδρὸς τυραννίδα, διεβλήθη παρ' αὐτοῦ, ὡς εἴη Χριστιανή. Καὶ πρὸς μηδὲν ἰδοῦσα τῶν παρόντων, ἀλλὰ πάντων καταφρονήσασα· Ἐρρέτω, εἶπεν, ὁ βίος, καὶ ἡ τούτου δόξα. Ἐγὼ γὰρ τὸν ἁπάντων δημιουργὸν, καὶ ποιητὴν οὐκ ἀρνήσομαι. Παραυτὰ οὖν ὁ ἄδικος κριτὴς πυρὶ ταύτην παρέδωκεν. Ἡ δὲ κάμινος περισχοῦσα τῆς ἁγίας τὸ σῶμα, ὥσπερ τις θάλαμος φωτεινὸς, τὴν μὲν ψυχὴν ἐπὶ τὴν οὐράνιον χώραν ἔπεμψεν, τὸ δὲ τίμιον αὐτῆς σῶμα ἀκέραιον διεσώσατο τοῖς προσήκουσι, καὶ πᾶσι τοῖς πιστοῖς.

Καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Εὐδοκίμου τοῦ Νέου.

Οὗτος ὁ μακάριος ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεο-

A aquam e terra eduxit, eosque potavit. Cum vero in urbem Gangram pervenisset, in carcerem conjectus paucisque post diebus inde eductus, compellebatur Christum **186** abnegare; quod cum se commissurum negaret, igne vitam finivit: venerandæ autem illius reliquiæ manibus Christianorum in eodem supplicii loco depositæ fuerunt.

Et commemoratio sancti Patris nostri et confessoris Joannis metropolitæ Chalcedonis.

EODEM MENSE.

Die tricesima.

Commemoratio beati Joannis militis.

Hic sub Juliano Apostata militabat. Cum autem missus fuisset una cum aliis militibus, ut Christianos persequeretur, illos quidem persequi videbatur; B sed clam patriocinium Christianorum suscipiens, aliis quidem, antequam caperentur, significabat ut fugerent; aliis vero, postquam comprehensi fuerant, occultam fugam parabat. Neque vero commiserationem duntaxat erga istos ostendebat; sed etiam indigentibus necessaria suppeditabat, vitamque suam orationibus, jejuniis, infirmorum visitationibus, afflictorumque consolatione exornabat, et ad honesti normam reformabat. Atque hunc in modum cum vixisset, in Domino requievit, depositusque fuit in loco, ubi peregrini condebantur. Novissime autem cuidam mulieri per visionem innotuit: ei enim apparens, vitæ quidem actus nomenque suum indicavit: miracula autem plurima patrat; sed servorum in primis fugam cohi- C bet.

Et commemoratio sanctorum apostolorum Silæ, Silvani, Crescentis, Epæneti et Andronici.

EODEM MENSE.

Die tricesima prima.

187 *Certamen sanctæ martyris Julittæ.*

Julitta Christi martyr ex Cæsarea Cappadociæ urbe oriunda, cum litem haberet adversus quemdam virum avarum et violentum, qui terræ hujus plenitudinem sibi vendicaturus, et agros, et animalia, et pagos, et servos, et omnem vitæ apparatum ad seipsum transtulerat, justitiam atque Deum flocci pendens, calumniatoribus, falsisque testibus, et muneribus judicibus oblatis confisus: cumque illa coram judice astaret, cœpissetque hominis tyrannicam usurpationem exponere; ab eodem, D quod Christiana esset, accusata fuit. At illa nihil præsentium respectans, sed omnia contemnens: Abeant inquit, vita, ejusque gloria: ego enim rerum omnium factorem et conditorem non negabo. Exemplo itaque iniquus judex flammis illam adjudicavit. Fornax vero sanctæ corpus, velut splendidus thalamus, complexa, animam quidem ad cœlestem regionem transmisit; venerandum autem ejus corpus integrum et incorruptum cognatis, et universis fidelibus servavit.

Et commemoratio sancti Patris nostri Eudocimi junioris.

Hic beatus, imperante Theophilo Christi hoste,

claruit. Parentes Cappadoces fuere, qui sæculi splendorem (patricii quippe erant) cum orthodoxa religione conjunxerant. Quamobrem Eudocimus ab eis ad virtutem optime educatus, ad Candidati honorem a Theophilo provectus, militiæ præfecturam etiam obtinuit, primum quidem apud Cappadocum provinciam, deinde apud Charsianum. Justa ubique statera erat, et regula, omnemque æqualitatem observans, plurimas quotidie eleemosynas erogabat, ecclesias exornabat, viduas et pupillos vindicabat, **188** et omnium absolute virtutum speciem referebat. Per hunc modum secundum Deum versatus, corporis ægritudine tandem correptus, spiritum Deo reddidit. Ejus autem propinqui mandatum ipsius implentes, eumdem cum vestibus et calceamentis sepelierunt, quem Deus pluribus miraculis illustravit.

A φίλου τοῦ μισοχρίστου. Οὗ οἱ γεννήτορες σὺν τῇ τοῦ βίου περιφανείᾳ (πατρίκιοι γὰρ ἦσαν.) ὀρθοδόξῳ ἐγνωρίζοντο· Καππάδοκες τὸ γένος. Διὸ καλῶς ὁ Εὐδόκιμος ἀναγόμενος ὑπ' αὐτῶν τὰ εἰς ἀρετὴν, κανδιδᾶτος ὑπὸ Θεοφίλου ἐτιμήθη, καὶ στρατηδάρχειν ἐτάχθη· πρῶτον μὲν κατὰ τὴν Καππαδοκῶν χώραν, ἔπειτα κατὰ τὸ Χαρσιανόν· ζυγός τις δίκαιος ὢν καὶ κανὼν, καὶ ἰσότητα πᾶσαν φυλάττων, ἐλεημοσύνας τε πλείστας ἐκτελῶν καθ' ἑκάστην, καὶ τὰς ἐκκλησίας καλλιεργῶν· χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐκδικῶν, καὶ ἁπλῶς πάσης ἀρετῆς ἰδέαν μετερχόμενος. Κατὰ Θεὸν οὖν πολιτευσάμενος, νόσῳ σωματικῇ κατασχεθείς, τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τῷ Θεῷ παρέθετο. Οἱ δὲ προσήκοντες τὴν αὐτοῦ κέλευσιν ἀποπληροῦντες, μετὰ τῶν ἐνδυμάτων, καὶ ὑποδημάτων ἔθαψαν, θαύμασι πολλοῖς καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δοξασθέντα. B

MENSE AUGUSTO

Die prima.

189 *Certamen sanctorum Maccabæorum.*

Eleazarus, vir ille spectatissimus, qui Hierosolymis habitabat, magister erat septem sanctæ Solomonidis filiorum. Hierosolymis vero a Seleuco rege depopulatis, atque Hebræorum populo in captivitatem adducto, detenti fuerunt et isti, cogebanturque ex gentium victimis degustare, et pollutos comedere cibos; nunquam autem suasi, sed pro patriis legibus decertantes, diversis subjiciuntur cruciatibus. Primo quidem Eleazarus acriter cæsus, inque ignem injectus, orans spiritum Deo tradidit. Pueri deinde eodem quo nati fuerant ordine, alius post alium adducti, tormentis, equuleis, rotis, et igni expositi, pro pietate sunt consumpti, mentis profecto rationem præ se ferentes supremam habentem in passiones potestatem. Tertio **190** eorum mater Solomonis sponte fornacem ingressa, super proprios moritur filios.

Et certamen sancti martyris Leontii et sociorum.

Christi martyres Leontius, et Alexander una cum sanctis suis sociis, fuerunt temporibus Diocletiani imperatoris ex Pamphyliæ regione, diversis in locis nati, una tamen mente erga Dominum nostrum Jesum Christum animati, utpote ex Christianis orti progenitoribus. Itaque inter se inito consilio, atque cunctis hujus sæculi rebus contemptis, accesserunt ad Dianæ fanum; eoque ingressi, omnia everterunt idola. Cogniti igitur, et comprehensi, vehementer cæduntur, unguibusque ferreis dilaniantur, ac subulis oculi eorum transfiguntur: et custodiæ traditi, ad plures dies sine cibo permanserunt. De carcere postea educti, feris sunt expositi. Sed eos belluæ minime læserunt. Demum gladii accepta sententia, capite fuere obtruncati.

ΜΗΝΙ ΑΥΓΟΥΣΤΩ

Ἐν τῇ πρώτῃ.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Μακκαβαίων.

Ἐλεάζαρ ὁ τιμιώτατος διδάσκαλος ἦν τῶν ἑπτὰ παίδων τῆς ἁγίας Σολομωνίδος, κατοικῶν ἐν Ἱεροσολύμοις. Πορθήσαντος δὲ Σελεύκου τοῦ βασιλέως τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸ τῶν Ἑβραίων γένος αἰχμαλωτίσαντος, ἐκρατήθησαν καὶ οὗτοι· καὶ ἠναγκάσθησαν ἐλληνικῶν ἀπογεύσασθαι θυσιῶν καὶ μιαροφαγῆσαι. Μὴ πεισθέντες δὲ, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πατρίων ἀγωνισάμενοι νόμων, διαφόροις ὑπεβλήθησαν τιμωρίαις. Καὶ πρῶτον μὲν ὁ Ἐλεάζαρος τυφθεὶς σφοδρῶς, καὶ εἰς τὸ πῦρ βληθεὶς, καὶ εὐξάμενος τῷ Θεῷ, τὸ πνεῦμα παρέδωκε. Δεύτερον δὲ οἱ παῖδες κατὰ τάξιν ὡς ἐγεννήθησαν καθ' εἷς ἀχθέντες, καὶ ἀρθρεμβόλοις καὶ καταπέλταις. καὶ τροχοῖς, καὶ πυρὶ προσομιλήσαντες, ὑπὲρ εὐσεβείας ἐτελειώθησαν, δείξαντες ὄντως τὸν λογισμὸν αὐτοκράτορα τῶν παθῶν. Καὶ τρίτον ἡ αὐτῶν μήτηρ Σολομωνὶς αὐτομάτως· εἰς τὴν κάμινον εἰσελθοῦσα τοῖς ἰδίοις ἐπαπέθανε τέκνοις. C

Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λεοντίου καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ·

Λεόντιος, καὶ Ἀλέξανδρος οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες μετὰ τῆς ἱερᾶς συνοδίας αὐτῶν, ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ ἐκ τῆς χώρας Παμφυλίας, ἐκ διαφόρων μὲν χωρίων ὄντες, μίαν δὲ γνώμην ἔχοντες πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς Χριστιανοὶ ἐν προγόνων τυγχάνοντες. Κοινῇ τοίνυν βουλευσάμενοι, καὶ πάντα τὰ βιωτικὰ εἰς οὐδὲν λογισάμενοι, κατέλαβον τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν. Καὶ ἐν αὐτῷ γενόμενοι, κατέστρεψαν πάντα τὰ εἴδωλα. Γνωσθέντες οὖν καὶ κρατηθέντες, ἐτύφθησαν σφοδρῶς, καὶ μετὰ σιδηρῶν ὀνύχων ἐξέσθησαν, καὶ σουβλίοις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐξεκεντήθησαν. Καὶ φυλακῇ παραδοθέντες, ἄτροφοι διέμειναν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέρας. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθέντες, ἐθηριομάχησαν· τὰ δὲ θηρία οὐχ ἥψαντο αὐτῶν. Καὶ λαβόντες, τὴν διὰ ξίφους ἀπόφασιν, ἀπεκεφαλίσθησαν· D

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Β'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Στεφάνου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

Στέφανος ὁ ἱερομάρτυρ ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Οὐαλεριανοῦ ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης. Κρυπτόμενος δὲ διὰ τὸν διωγμὸν ἐν οἰκήματι, τοὺς πρὸς αὐτὸν παραγενομένους Ἕλληνας ἐβάπτιζε, καὶ διακόνους, καὶ πρεσβυτέρους ἐχειροτόνει, καὶ τὸν Θεὸν παρεκάλει ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας. Ἰασάμενος δὲ καὶ τὴν θυγατέρα Ἐμεσίου τοῦ δημάρχου, παρεσκεύασεν αὐτὸν βαπτισθῆναι· καὶ οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ πλῆθος ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, οἵτινες διαφόροις τιμωρίαις ἐτελειώθησαν. Τὰ δὲ λείψανα αὐτῶν συναγαγὼν ὁ ἀρχιερεὺς Στέφανος, ἐντίμως ἐκήδευσεν. Εἶτα ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἄρεως ἀναγκασθεὶς εἰσελθεῖν, καὶ προσευνῆσαι, εἰσῆλθε, καὶ προσευξάμενος, κατέβαλε τὸ εἴδωλον. Καὶ μετὰ ταῦτα λειτουργῶν ἀπεκεφαλίσθη, καὶ κατετέθη ἐν αὐτῇ τῇ καθέδρᾳ σὺν τῷ μαθητῇ αὐτοῦ, ἐπὶ χεῖρας κρατοῦντι τὸ τῆς πίστεως ἅγιον σύμβολον.

Καὶ εὕρεσις τῶν λειψάνων τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δάδα καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

Οὗτοι οἱ ἅγιοι μάρτυρες ὑπῆρχον ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ πόλει Δοροστόλῳ ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Θρᾴκης. Κρατηθέντες δὲ καὶ παραστάντες τῷ ἄρχοντι, ἠναγκάσθησαν θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Καὶ μὴ πεισθέντες, ἐνεβλήθησαν εἰς φυλακήν. Τοῦ δὲ ἁγίου Μαξίμου ὑπαναγινώσκοντος τοῖς μάρτυσιν αὐτοῦ τὰς θείας Γραφὰς, ὑπνώσσαντες ὁρῶσι τὸν διάβολον ὅπλα πολεμικὰ κρατοῦντα καὶ κατ' αὐτῶν πολεμοῦντα. Καὶ διεγερθέντες εἶδον ἄγγελον Θεοῦ θάρσος αὐτοῖς ἐμποιοῦντα. Εἶτα ἐτύφθησαν δεινῶς, καὶ λαβόντες τὴν διὰ ξίφους ἀπόφασιν, ἤχθησαν εἰς τὸν τόπον τῶν καταδίκων, κἀκεῖ τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν μηνὶ Ἀπριλλίῳ κῃ'. Εὑρέθησαν δὲ τὰ τίμια λείψανα αὐτῶν δι' ἀγγέλου μηνὶ Αὐγούστῳ δευτέρᾳ· ἅτινα νῦν κατάκεινται ἐν τῷ οἴκῳ τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Βιγλεντίας ἰάσεις πλείστας ἐπιτελοῦντα τοῖς προσερχομένοις αὐτοῖς.

Καὶ ἀνακομιδὴ τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου ἐφανερώθη τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Πρωτομάρτυρος Στεφάνου. Ἀνὴρ γάρ τις οἰκῶν τὴν κώμην, ἐν ᾗ αὐτὸ ὑπὸ γῆν ἐκρύπτετο, πρεσβύτερος, Λουκιανος ὄνομα, ἐκ θείας ὀπτασίας εὗρεν αὐτό. Καὶ γὰρ τρὶς τούτῳ ἐπιφανεὶς ὁ πρώταθλος, ἑαυτὸν κατεδήλωσεν. Καὶ μαθὼν τοῦτο ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἰωάννης, καὶ χαρᾶς πλησθεὶς τὸν τόπον σὺν τῷ κλήρῳ κατέλαβε. Καὶ ἀνορύξας εὗρε τὸν σορόν. Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, καὶ εὐωδία πλείστη.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Γ'

Μνήμη των ὁσίων Δαλμάτου καὶ Φαύστου καὶ Ἰσαακίου.

Ὁ ὅσιος Ἰσαάκιος πρότερον ἐν τῇ ἠρήμῳ ἀσκή-

A EODEM MENSE.
Die secunda

Certamen sacrosancti martyris Stephani et sociorum.

Stephanus sacer martyr fuit Valeriano imperatore ex antiqua Roma Cum autem propter persecutionem sub domuncula latitaret, eos qui ad ipsum ex gentibus accedebant, baptizabat; diaconos, et presbyteros consecrabat; Deumque precabatur pro mundi salute. Sanitati vero per ipsum restituta filia Emesii tribuni plebis, non modo illum, sed virorum etiam, mulierumque multitudinem induxit, ut baptizarentur: qui variis consumpti sunt cruciatibus. Horum autem reliquias colligens pontifex Stephanus, honorifice sepelivit.
B Exin templum Martis coactus introire, et adorare, ingressus, Deumque deprecatus, prostravit idolum. Post hæc dum sacris 191 ipse fungeretur, capite obtruncatur: ac depositus fuit in ipsa cathedra, simul cum suo discipulo, qui manu sanctum fidei symbolum tenebat.

Et inventio reliquiarum sancti martyris Dadæ et sociorum.

Hi sancti martyres, Maximiano imperatore, degebant in Dorostolo Thraciæ civitate: detenti autem, et ante præsidem stantes, idolis cogebantur sacrificare. Quod cum facere detrectarent, in carcerem fuerunt injecti. Sancto vero Maximo prælegente suis martyribus sacras Scripturas, obdormiscentes ipsi diabolum intuentur, qui bellica per-
C stringens arma, in eos pugnabat: atque experefacti, angelum Dei vident, qui eorum animos erigebat. Crudeliter postea verberantur: et gladii sententiam subeuntes, ad reorum locum ducti sunt, ibique caput eis abscissum mensis Aprilis die vicesima octava. Pretiosa ipsorum lipsana per angelum reperta sunt die secunda Augusti, quæ nunc jacent in templo sanctæ Deiparæ in Vigilantiæ ædibus posito, plurimasque efficiunt sanationes accedentibus ad ea.

Et translatio reliquiarum sancti Stephani protomartyris.

Imperante Constantino Magno inventæ sunt reliquiæ sancti Stephani protomartyris. Quidam enim presbyter, Lucianus nomine, qui in ea
D villa habitabat, ubi sub terra eædem reliquiæ latebant, divina visione admonitus, illas invenit. Huic cum primus athleta tertio apparuisset, seipsum manifestavit. Quod ubi rescivit Joannes archiepiscopus, summa lætitia affectus, una cum clero in locum illum processit: cumque effodisset, loculum reperit. Repente autem terræ motus magnus factus est, et plurimus fragrans odor.

EODEM MENSE.
Die tertia

192 *Memoria sanctorum Dalmati, Fausti, et Isaacii.*

Beatus Isaacius prius in eremo virtutem exer-

cens, corporis affectionibus edomitis, dæmonibusque subactis, divina postea providentia Constantinopolim concessit; et in quodam commorans urbis monasterio, quod nunc Dalmati nuncupatur, multis sua virtute, et doctrina suasit, ut mundo derelicto monachi fierent, ac secum convenirent: ex quibus fuit Dalmatus, et Faustus illius filius. Ipse enim cum Theodosii imperatoris temporibus miles esset, quadam die dum forte in sanctum incidisset, hujus degustato colloquio, uxorem filiosque deserens, Faustum filium solum secum assumens, ad eum se contulit, et monasticæ vitæ sese addixit, suum etiam filium detondens: atque adeo ad virtutem sunt enixi, ut celeberrimi apud imperatorem essent et senatum ac plurima etiam miracula patrarent ad Dei gloriam. Sic post Isaacii obitum vitam finierunt.

σας, καὶ τὰ πάθη τοῦ σώματος νεκρώσας, καὶ τοὺς δαίμονας νικήσας, ὕστερον κατὰ θείαν πρόνοιαν παρεγένετο εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ προσκαθημένῳ ἐνί τῶν τῆς πόλεως μοναστηρίων, ὃ τοῦ Δαλματου νῦν λέγεται, διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, καὶ τῆς διδασκαλίας πολλοὺς ἔπεισε καταλιπεῖν τὸν κόσμον, καὶ γενέσθαι μοναχοὺς, καὶ σωθῆναι. Ἐξ ὧν ἦσαν Δάλματος, καὶ Φαῦστος ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Οὗτος γὰρ στρατιώτης ὢν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου, ἐν μιᾷ ἀπελθὼν καὶ συντυχὼν τῷ ἁγίῳ, καὶ τῆς ἐκείνου ὁμιλίας γευσάμενος, καταλιπὼν καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα, μόνον δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Φαῦστον ἀναλαβὼν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ γέγονε μοναχὸς, ἀποκείρας καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Καὶ οὕτως ἠγωνίσαντο, ὡς περιβόητοι γενέσθαι βασιλεῦσι καὶ συγκλήτῳ, καὶ θαύματα διάφορα εἰς δόξαν Θεοῦ ἐπιτελέσαι· καὶ οὕτως μετὰ τελευτὴν Ἰσαακίου τελειωθῆναι.

EODEM MENSE.

Die quarta

Certamen sanctæ martyris Iæ et sociorum.

Hæc Sapore Persarum rege floruit, summæ senectutis ætate provecta. Comprehensa autem cum novem millibus Christianorum, qui captivi abducti, a magorum principibus diverso tormentorum genere excruciabantur, una cum iis ista etiam beata cruciatus constanti animo pertulit: et postquam multis fuit pœnis vexata, capite plexa est.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Δ'

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἴας καὶ τῶν σὺν αὐτῇ.

Αὕτη ἦν ἐπὶ Σαβώρίου βασιλέως Περσῶν, πρεσβυτάτην ἔχουσα τὴν ἡλικίαν. Συνελήφθη οὖν μετὰ ἐννέα χιλιάδων Χριστιανῶν αἰχμαλώτων, παρὰ τῶν ἀρχιμάγων διαφόροις βασάνοις παραδοθέντων. Μεθ' ὧν καὶ ἡ μακαρία ταῖς τιμωρίαις ἐνεκαρτέρει, ἥτις μετὰ πολλῶν βασάνων ἀϊκίας, τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

198 *Et certamen sancti martyris Eleutherii cubicularii.*

Eleutherius Christi martyr, Maximiano imperatore, ex urbe Byzantio oriundus, unus erat ex senatoribus, idemque in numero eunuchorum imperatori familiaris. Cum autem Deo placuisset ob mandatorum illius doctrinam, non tamen divino perfectus erat baptismate. Quare cupiens baptizari, rogavit imperatorem, ut sibi permitteret in suum suburbium pergere. Impetrata autem facultate, ad Sangarum fluvium accessit, ibique subterraneam ecclesiam construens, presbyterum adduxit, ab eoque baptizatus fuit. Ut vero imperatorem fugeret, morbum causatur. Quod ubi Maximianus rescivit, ad locum accedens, propriisque oculis templum altarisque apparatum intuitus, ira excanduit: et comprehensum Eleutherium, diris primo tormentis subjecit: mox capite obtruncavit.

Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἐλευθερίου τοῦ κουβικουλαρίου.

Ἐλευθέριος, ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Βυζαντίου ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ, ἐκ τῆς συγκλήτου, εὐνοῦχος δὲ, καὶ τῷ βασιλεῖ προσκεκειωμένος. Ἐπεὶ δὲ εὐηρέστησε μὲν τῷ Θεῷ διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ διδασκαλίας, οὐκ ἦν δὲ τετελειωμένος τῷ θείῳ βαπτίσματι, καὶ θέλων βαπτισθῆναι, ᾐτήσατο τὸν βασιλέα, ἐᾶσαι αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς τὸ προάστειον αὐτοῦ· καὶ τυχὼν τῆς αἰτήσεως, ἀπῆλθε πλησίον τοῦ Σαγγάρου ποταμοῦ. Καὶ ποιήσας ὑπὸ γῆν κρυπτὴν ἐκκλησίαν, καὶ πρεσβύτερον ἀγαγὼν, ἐβαπτίσθη ἐκεῖ· καὶ θέλων ἐκφυγεῖν τὸν βασιλέα, προεφασίσατο νόσον. Καὶ μαθὼν ταῦτα ὁ Μαξιμιανὸς παρεγένετο ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδὼν τὸν ναὸν, καὶ τὴν εὐκοσμίαν τοῦ θυσιαστηρίου, ὠργίσθη· καὶ κρατήσας αὐτὸν, καὶ πρότερον ἱκανῶς βασανίσας, ὕστερον ἀπεκεφάλισεν.

EODEM MENSE.

Die quinta

Certamen sancti martyris Eusignii.

Eusignius Christi martyr ex magna urbe Antiochia, militiæ dux fuit temporibus Constantii patris magni Constantini, vixitque usque ad tempora Juliani Apostatæ. Comprehensus autem Christianæ fidei causa, quæstioni subjicitur. Cumque apostatam redargueret, quod Deo vero derelicto, ad vana idola tanquam ad deos accessisset, fustibus cæsus, durisque tormentis excruciatus est. Postquam

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ε'

Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εὐσιγνίου.

Εὐσίγνιος, ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας, γέγονε δὲ στρατηγὸς Κώνσταντος τοῦ πατρὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου· καὶ διαρκέσας μέχρις Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, καὶ κρατηθεὶς ὡς Χριστιανὸς ἦχθη εἰς ἐξέτασιν· καὶ ἐλέγξας τὸν παραβάτην, ὡς τὸν ἀληθῆ Θεὸν καταλιπόντα, καὶ τοῖς ματαίοις εἰδώλοις προσελθόντα ὡς θεοῖς, ἐξετάθη εἰς μάστιγας. Καὶ τιμωρηθεὶς ἰσχυ-

ρῶς, ἐπείπερ ταῖς πληγαις κατεπονήθη (ἐτῶν γὰρ ἦν ἑκατὸν δέκα) ἀπερρίφη ἐν φυλακῇ. Καὶ μετὰ τινας ἡμέρας τῆς φυλακῆς ἐκβληθείς, καὶ πάλιν τῷ παραβάτῃ παραστὰς ἠναγκάζετο ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις. Καὶ μὴ πεισθεὶς, ἀλλὰ πάλιν ἐλέγξας τὸν τύραννον, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη· καὶ οὕτως ἐτελειώθη, ἀπολαβὼν στέφανον ἀμάραντον, καὶ ζωὴν αἰώνιον.

A autem plagis pene confectus esset (erat enim annorum centum ac decem), in carcerem detruditur: unde aliquot post diebus eductus, et iterum in conspectum apostatæ productus, compellebatur Christum abnegare, et idolis sacrificare. Sed cum ad id induci non posset, quin potius tyrannum rursus increparet, gladio caput ei amputatur: atque ita decessit, coronam immarcescibilem, vitamque æternam adeptus.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ, ς'

Ἡ μεταμόρφωσις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἐπειδὴ πολλὰ περὶ κινδύνων καὶ τινων λυπηρῶν ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς μαθητὰς διελέχθη· καὶ τὰ μὲν ἦσαν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, τὰ δὲ ἀγαθὰ ἐν ἐλπίσι, B βουλόμενος αὐτοὺς πληροφορῆσαι, καὶ δεῖξαι, τίς ἐστιν ἡ δόξα ἐκείνη, μεθ' ἧς μέλλει παραγενέσθαι, ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν, καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λαμπρὰ, ὡς τὸ φῶς. Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς Μωϋσῆς, καὶ Ἠλίας μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες. Τοὺς τρεῖς δὲ μόνους τῶν ἄλλων παραλαμβάνει ὡς ὑπερέχοντας· Μωϋσῆς δὲ καὶ Ἠλίαν εἰς μέσον παράγει, τὰς εἰς αὐτὸν οὐκ ὀρθὰς ὑπονοίας παρὰ τοῖς πολλοῖς γινομένας διορθούμενος. Ἐπειδὴ γάρ τινες μὲν αὐτὸν Ἠλίαν ἔλεγον, ἄλλοι δὲ Ἱερεμίαν· διὰ τοῦτο τούτους παρέστησεν, ἵνα τοῖς μαθηταῖς δείξῃ τὸ μέσον τῶν δούλων καὶ τοῦ Δεσπότου, καὶ πληροφορήσῃ αὐτοὺς, ὅτι καὶ θανάτου, καὶ ζωῆς ἐξουσίαν ἔχει.

Postquam multa de periculis, aliisque molestis rebus ad discipulos suos Christus disseruisset, et hæc quidem esse in præsenti vita, bona vero in spe affirmasset, volens iis demonstrare, quænam esset illa gloria, cum qua venturus erat, assumpsit eos in montem excelsum seorsum, et transfiguratus est coram eis: et resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt splendida ut lux. Et apparuerunt illis Moyses et Elias, cum eo loquentes. Tres autem tantum ex illis assumpsit, tanquam excellentiores. Moysem vero et Eliam in medium produxit, ut minus rectas opiniones, quas multi de se habebant, corrigeret. Nam quidam ipsum Eliam dicebant, alii Jeremiam: atque idcirco istos adduxit, ut discipulis ostenderet, discrimen esse inter servos et Dominum; eisque persuaderet, se mortis vitæque potestatem habere. C

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. Ζ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δομετίου.

Δομέτιος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ἦν μὲν ἐπὶ τυραννίδος Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ἐκ τῆς χώρας Φρυγίας. Ὁρῶν δὲ τοὺς προκειμένους τῷ τυράννῳ πολλοὺς ὄντας, καὶ καθ' ἑκάστην προστιθεμένους, καὶ ἀρνουμένους μὲν τὸν Χριστὸν, προσκυνοῦντας δὲ τοῖς εἰδώλοις, ἐδυσφόρει, καὶ ἠγανάκτει, καὶ λύπῃ πολλῇ συνείχετο. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν ἱπποδρομίας ἐπιτελουμένης, καὶ θυσίας προσφερομένης τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, οὐχ ὑπέμεινεν· ἀλλὰ ζηλώσας ζήλῳ θείῳ, ἔστη μέσον τοῦ θεάτρου, καὶ μεγάλῃ φωνῇ τόν τε ἀποστάτην Ἰουλιανὸν ἀνεθεμάτισε, καὶ τοὺς εἰδωλολατροῦντας διέπτυσεν, καὶ τοὺς ψευδωνύμους θεοὺς ἐχλεύασε. Κρατηθεὶς οὖν, καὶ δεθεὶς ἀσφαλῶς, παρεδόθη τῷ ἄρχοντι· καὶ πολλὰς βασάνους ὑποστὰς, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Καὶ μετὰ ὀλίγας ἡμέρας τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς, καὶ καταναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ πεισθεὶς, ξίφει τὴν ἱερὰν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀπετμήθη.

Martyr Christi Dometius, tyrannidem exercente Juliano Apostata, ex regione Phrygiæ fuit. Videns autem complures tyranno morem gerere, et in dies augeri eorum numerum, qui Christum ejurarent, et idola colerent; moleste id ferebat, animo angebatur, summaque tristitia afficiebatur. Quadam igitur die cum ludi circenses fierent, et sacrificium immundis dæmoniis offerretur, id tolerare nequivit; sed divino zelo inflammatus, in medium spectaculum exsiliens, alta voce Apostatam Julianum anathematizavit, **195** idololatras consputavit, et falso D nomine appellatos deos risit. Quamobrem comprehensus, arctisque vinculis constrictus, præsidi traditur: cumque plurimis suppliciis tortus esset, in carcerem conjicitur: unde paucis post diebus extractus, compellebatur Christum ejurare. Sed cum id facere recusaret, gladio sacrum illius caput amputatum fuit.

Καὶ ἡ ἀνάμνησις τῆς καταλύσεως τῶν Περσῶν καὶ τῶν Ἀβάρων.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου, Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἀπέστειλε στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως πολλῆς λαοῦ. Καὶ κατέστρεψε πᾶσαν Ῥωμαϊκὴν πολιτείαν. Ἦλθε δὲ καὶ ὁ αὐτὸς στρατηγὸς καὶ μέχρι Χαλκηδόνος, βουλόμενος κρατῆσαι καὶ

Et memoria cædis Persarum et Abarorum.

Heraclio imperatore Chosroes, Persarum rex ducem misit cum magni exercitus robore, et totam Romanam ditionem devastavit; atque ipse dux Chalcedonem usque profectus est, cogitans Constantinopolim etiam in potestatem redigere. Cum

autem vellet Heraclius Persas distrahere, eique m litum copia non adesset, relicta civitatis cura filio suo Constantino, clam egreditur ; ac navim ascendens, in Ponti fauces evasit, Persis occultus : collectoque exercitu in Persidem discedens, regionem destruxit. Certior vero factus Abarorum princeps, quod Heraclius in Perside esset, rupto pacis fœdere, usque ad auream Portam pervenit. et bellum intulit. Obsidione itaque terra marique urbs cingebatur. At Dei populus et patriarcha, publicis precibus institutis, circumferentes sanctissimæ Genitricis Dei imaginem, hostes exterminarunt. Ex tunc pro gratiarum actione urbs agit hujusmodi supplicationem.

Et commemoratio religiosarum imperatricum Pulcheriæ et Irenes.

A τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Θέλων δὲ ὁ Ἡράκλειος ἀντιπερισπάσαι τοὺς Πέρσας, λαοῦ ἀπορῶν, καταλιπὼν τὴν πόλιν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Κωνσταντίνῳ, ἐξέβη λάθρα, καὶ ἐμβὰς εἰς πλοῖον, τὸ στενὸν ἀναδραμών, ἔλαθε τοὺς Πέρσας, καὶ συναγαγὼν λαὸν, καὶ εἰς Περσίδα ἀπελθών, ἠφάνιζε τὴν χώραν. Μαθὼν δὲ ὁ τῶν Ἀβάρων ἄρχων τὸν Ἡράκλειον ἐν τῇ Περσίδι ὄντα, λύσας τὴν εἰρήνην, ἦλθε μέχρι τῆς Χρυσείας Πόρτης, καὶ ἐπολέμει. Ἐπολιορκεῖτο οὖν ἡ πόλις διά τε γῆς καὶ θαλάσσης. Ἀλλὰ λιτανεύσας ὁ τοῦ Θεοῦ λαὸς, καὶ ὁ πατριάρχης, βαστάζοντες τὴν εἰκόνα τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἠφάνισε τοὺς πολεμίους. Ἔκτοτε δὲ εὐχαριστοῦσα ἡ πόλις ἐπιτελεῖ τὴν τοιαύτην λιτήν.

Καὶ μνήμη τῶν εὐσεβῶν βασιλισσῶν Πουλχερίας, καὶ Εἰρήνης.

B

EODEM MENSE.

Die octava

196 *Certamen sancti martyris Marini.*

Christi martyr Marinus, Diocletiano imperatore, fuit ex Anazarbi civitate. Christianus autem cum esset, multosque ex infidelibus ad Christum adduceret et baptizaret, denuntiatus est apud Lysiam præfectum ; ac detentus, atque ante ipsum stans, Christumque confessus, cæditur vehementer, et gravi ferro ei imposito, in carcerem conjicitur. Postridie ad quæstionem ductus, coactusque Christum abnegare, et idolis sacrificare, nec ad id inductus, pedibus fuit ex equuleo suspensus, flagellisque contusus ; lampadibus deinde exustus, atque ad extremum usque spiritum in Christi confessione C persistens, gladii sententiam subiit ; et extra civitatem raptatus, sacro capite obtruncatur ; ejus vero cadaver canibus vorandum projectum, sepulturæ a Xanthio quodam pio viro fuit traditum.

Et certamen sancti Patris nostri Æmiliani Cyzici episcopi.

Sanctus Pater noster et magnus sacer martyr atque confessor Æmilianus temporibus eorum exstitit imperatorum, qui imaginibus erant infensi, Cyzici episcopus. Non pietate modo et scientia, cæterisque institutis, quæ veris sunt digna pontificibus, sed misericordia etiam erga pauperes, commiseratione, longanimitate, ac benignitate refulsit. Zelus illi divinus erat pro fide orthodoxa, fidenD terque verbis eos perstringebat, qui adoratione, et honore sacras imagines minime prosequebantur, hæreticos ipsos appellans, atque Christi inimicos. Delatus itaque a veritatis hostibus apud Christi adversarium imperatorem Leonem, detentusque, ad eum vinctus adducitur ; atque innumeris primo subjectus afflictationibus, postea patris finibus exterminatus, plurimas perpessus in exsilio vexationes, consummatus est.

197 *Et memoria sancti Patris nostri Theodosii.*

Sanctus Pater noster Theodosius a tenellis un-

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Γ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μαρίνου.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Μαρῖνος ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ, ἐκ τῆς πόλεως Ἀναζάρβου. Χριστιανὸς δὲ ὢν, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων προσάγων τῷ Χριστῷ, καὶ βαπτίζων, κατεμηνύθη τῷ ἡγεμόνι Λυσίᾳ. Καὶ κρατηθεὶς καὶ παρασταὶς ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, ἐτύφθη σφοδρῶς Καὶ σίδηρα βαρέα περιτεθεὶς, εἰς φυλακὴν ἐνεβλήθη, καὶ τῇ ἑξῆς ἀχθεὶς εἰς ἐρώτησιν, καὶ ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθεὶς, ἐκρεμάσθη ἐκ τῶν ποδῶν ἐπὶ ξύλου, καὶ κατεκόπη ταῖς μάστιξιν. Εἶτα κατακάη λαμπάσι· καὶ μέχρι τελευταίας ἀναπνοῆς ἐμμείνας τῇ εἰς Χριστὸν ὁμολογίᾳ, ἔλαβε τὴν διὰ τοῦ ξίφους ἀπόφασιν. Καὶ ἑλκυσθεὶς ἔξω τῆς πόλεως, τὴν ἱερὰν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπετμήθη. Τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ ῥιφὲν τοῖς κυσὶν εἰς βρῶσιν, ὑπὸ Ξανθίου τινὸς εὐλαβοῦς παρεδόθη ταφῇ.

Καὶ ἄθλησις τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Αἰμιλιανοῦ ἐπισκόπου Κυζίκου.

Αἰμιλιανὸς ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν καὶ μέγας ἱερομάρτυρ, καὶ ὁμολογητὴς, ἦν μὲν ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν εἰκονομάχων βασιλέων, ἐπίσκοπος τῆς πόλεως Κυζίκου· διέλαμπε δὲ οὐ μόνον εὐσεβείᾳ καὶ γνώσει καὶ τῇ λοιπῇ κατασκευῇ πρεπούσῃ τοῖς ὄντως ἀρχιερεῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἐλεημοσύνῃ, καὶ συμπαθείᾳ, μακροθυμίᾳ τε καὶ χρηστότητι. Εἶχε δὲ καὶ ζῆλον θεῖκὸν ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· καὶ διέβαλλε παῤῥησίᾳ τοὺς μὴ προσκυνοῦντας, καὶ τιμῶντας τὰς ἁγίας εἰκόνας, αἱρετικοὺς αὐτοὺς ἀποκαλῶν, καὶ ἐχθροὺς τοῦ Χριστοῦ. Διαβληθεὶς οὖν τῷ μισοχρίστῳ βασιλεῖ Λέοντι παρὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν, κρατηθεὶς, ἤχθη δέσμιος πρὸς αὐτόν. Καὶ μυρίαις κακώσεσι καθυποβληθεὶς πρότερον, ὕστερον ἐξορισθεὶς, ἐν τῇ ἐξορίᾳ πολλοὺς πειρασμοὺς ὑπομείνας, ἐτελειώθη.

Καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου.

Θεοδόσιος ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ἐξ ἁπαλῶν

ὀνόχων τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐντολῇ πειθαρχῶν, τῇ λε- A guibus obtemperans Christi præcepto aientis : Qui
γούσῃ· Ὅστις οὐκ ἀφήσει πατέρα καὶ μητέρα, καὶ non relinquet patrem, et matrem, et fratres, et
ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφάς, καὶ ἀγροὺς, καὶ οἰκίαν, καὶ sorores, et agros, et domum, ac non tollet crucem
ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐ suam, et sequetur me, non potest meus esse disci-
δύναταί μου εἶναι μαθητής· κατέλιπεν ἅπαντα, καὶ pulus ; cuncta dereliquit, crucemque suam, super
ἄρας αὐτοῦ τὸν σταυρὸν ἐπ' ὤμων, ἠκολούθησεν αὐτῷ humeros tollens, alacriter secutus est eum ; et
προθύμως. Καὶ γενόμενος μοναχὸς, ἐμάκρυνε φυλα- solitariam vitam amplexus, secessit fugiens in ere-
δεύων ἐν τῇ ἐρήμῳ· ποτὲ μὲν ἐν ὄρεσι διατρίβων, mum. Et modo in montibus versabatur, modo in
ποτὲ δὲ ἐν σπηλαίοις διαιτώμενος, καὶ τρεφόμενος speluncis degebat, atque ex arborum fructibus
ἐκ τῶν καρπῶν τῶν δένδρων, καὶ τῶν παραφυομένων vescebatur herbisque adnascentibus in petris, diu
τοῖς πέτραις βοτανῶν· ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ τὸν Θεὸν noctuque Deum deprecans pro sua et mundi salute.
παρακαλῶν, ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου Atque ita vitam agens, donum etiam miraculorum
σωτηρίας. Οὕτω δὲ βιοὺς, ἐδέξατο καὶ θαυμάτων accepit; ac pluribus infirmis sanitate restituta,
χάριν, καὶ πολλοὺς ἀσθενοῦντας θεραπεύσας, πρὸς lætus emigravit ad Deum.
Θεὸν ἐξεδήμησε χαίρων.

Καὶ μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυ- B *Et memoria sancti Patris nostri thaumaturgi*
ματουργοῦ Μύρωνος. *Myronis.*

Μύρων ὁ ἐν ἁγίοις καὶ μέγας ἱεράρχης, ἦν μὲν Myron sanctus magnusque pontifex fuit ex in-
ἐκ τῆς νήσου Κρήτης, ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου, εὐ- sula Cretæ, Decio imperatore, nobilium parentum
γενῶν δὲ γονέων υἱός. Ὑφ' ὧν καὶ ζευχθεὶς γυναικὶ, filius, a quibus connubio feminæ junctus, ex pieta-
ἐπολιτεύετο εὐσεβῶς· καὶ ἐργαζόμενος σπουδαίως tis regula vitam suam dirigebat ; ac terram omni
τὴν γῆν. διέτρεφεν ἐκ τῶν καρπῶν τοὺς πένητας. cura colens, fructibus pauperes alebat. Cum au-
Ἔχων δέ ποτε κῆπον ἐρεβίνθων, εὗρεν ἐν αὐτῷ tem hortum quemdam cicere consitum haberet,
κλέπτοντάς τινας ἐρεβίνθους. Οἵτινες ἐδόκουν μὲν reperit quosdam cicer subripientes, qui dum putant
συνάγειν ἐρεβίνθους, ἐλάμβανον δὲ ἀκάνθας. Καὶ cicer colligere, spinas accipiebant : at ipse cicere
δοὺς αὐτοῖς ἐρεβίνθους, ἀπέλυσεν. Καὶ ἄλλους εὑρὼν dato eos dimisit. Aliis etiam deprehensis, qui in
ἐν τῇ ἀλωνι γεμίσαντας τοὺς σάκκους ἑαυτῶν σίτου, ejus area saccos impleverant frumento, neque po-
καὶ μὴ δυναμένους κουφίσαι αὐτοὺς, ἐπέθηκεν ἐπὶ terant eos efferre, ipse illorum humeris saccos im-
τῶν ὤμων αὐτῶν τοὺς σάκκους, καὶ ἀπέλυσε, παραγ- posuit, et missos fecit, admonens ut abirent, nec
γείλας ἀπελθεῖν, καὶ μηκέτι κλέψαι. Εἶτα χειροτο- amplius furarentur. Presbyter postea consecratus,
νηθεὶς πρεσβύτερος, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπίσκοπος, καὶ C ac deinde episcopus, et misericordiam erga pau-
τῆς εἰς τοὺς πένητας ἐλεημοσύνης μηδέποτε ἐπιλαθό- peres nunquam ex animo abjiciens, in pace
μενος, ἐν εἰρήνῃ ἐκοιμήθη. quievit.

Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀντωνίνου. **198** *Et certamen sancti martyris Antonini.*

Ἀντωνῖνος, ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν ἀπὸ Antoninus Christi martyr ex urbe prodiit Alexan-
Ἀλεξανδρείας τῆς πόλεως, Χριστιανὸς δὲ καὶ εὐλα- dria, vir Christifidelis, pius, ac timens Deum :
βὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεόν. Διὰ τοῦτο κρατηθεὶς propterea ab idololatris comprehensus, ad præfe-
ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, προσήχθη τῷ ἄρχοντι· καὶ ctum adducitur ; atque interrogatus, Christum
ἐρωτηθεὶς ὡμολόγησε τὸν Χριστόν. Κρεμασθεὶς οὖν confitetur. In lignum itaque suspensus, acriter fuit
ἐπὶ ξύλου, ἐξέσθη σφοδρῶς. Καὶ ἀναγκαζόμενος ὑπὸ dilaniatus : coactusque a lictoribus et militibus
τῶν δημίων καὶ τῶν παριστάμενων τῷ ἄρχοντι στρα- præfecto astantibus, Christum abnegare, ut a cru-
τιωτῶν, ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ ἀπολυθῆναι ciatu absolveretur, eo magis ipse Christum quidem
τῆς βασάνου, αὐτὸς μᾶλλον μεγάλῃ τῇ φωνῇ. τὸν Deum verum prædicabat ; idola vero et illorum
μὲν Χριστὸν Θεὸν ἀληθινὸν ἀνεκήρυττε· τὰ δὲ εἴδωλα cultores sugillabat ridebatque. Diu autem in tor-
καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὰ διέσυρε, καὶ ἐχλεύαζεν. mentis persistens, ignis sententiam subiit. Sic Deum
Ἐπιπολὺ δὲ ταῖς βασάνοις προσκαρτερήσας, τὴν διὰ D precatus, atque eos qui aderant, ut solum Chri-
τοῦ πυρὸς ἀπόφασιν ἔλαβε. Καὶ οὕτως εὐξάμενος, stum Deum agnoscerent, hortatus, in fornacem
καὶ τοὺς παρεστῶτας διδάξας μόνον τὸν Χριστὸν injectus, beatam suam animam Deo tradidit.
γνωρίζειν Θεὸν, βληθεὶς εἰς τὴν κάμινον, παρέδωκε
τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχήν.

Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἐλευθερίου, Et certamen sanctorum martyrum Eleutherii,
Λεονίδου καὶ τῶν νηπίων. Leonidis et puerorum.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Θ'

EODEM MENSE.
Die nona

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ματθία. *Certamen sancti apostoli Matthiæ.*

Ματθίας ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος, πρότερον μὲν Matthias Christi apostolus primum quidem unus
ἦν εἷς τῶν ἑβδομήκοντα ἀποστόλων, διαπρέπων ἐν erat ex septuaginta apostolis, omni virtute inter

eos, atque honestate excellens. Postquam autem Judas Iscariotes, qui ex duodecim erat discipulis, propter avaritiam Dominum nostrum Jesum Christum Judæis invidia repletis prodidit, ipsumque intuitus ad cædem usque flagellis contusum abiens sibi mortem laqueo conscivit; duodecimus numerus fuit diminutus. Tum Petrus una cum decem discipulis, qui cum ipso erant, precationibus insistens, misit sortes: et cecidit sors super Matthiam, et adnumeratus est cum undecim Apostolis loco Judæ Iscariotæ. Post hæc in ulteriori Æthiopia prædicans Evangelium, atque multos illuminans, detentus ab infidelibus, et plurimum cæsus, Deo tradidit spiritum,

A αὐτοῖ ἐν πάσῃ ἀρετῇ καὶ κοσμιότητι. Ἐπεὶ δὲ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἷς ὑπάρχων τῶν δωδεκα μαθητῶν, διὰ φιλαργυρίαν παρέδωκε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τοῖς φθόνου πεπλησμένοις Ἰουδαίοις· καὶ ἰδὼν ὅτι ἐφραγελλώθη πρὸς τὸ θανατωθῆναι, ἀπελθὼν ἀπήγξατο, ἐνέλιπεν ὁ ἀριθμὸς τῶν δώδεκα. Καὶ σταθεὶς εἰς προσευχὴν ὁ Πέτρος μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ δέκα μαθητῶν, ἔβαλε κλῆρον, καὶ ἔπεσε κλῆρος ἐπὶ Ματθιαν, καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων ἀντὶ Ἰούδα τοῦ Ἰσκαριώτου· καὶ μετὰ ταῦτα κηρύξας τὸ Εὐαγγέλιον ἐν τῇ ἔξω Αἰθιοπίᾳ καὶ πολλοὺς φωτίσας, κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀπίστων, καὶ πλεῖστα τυφθείς, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο.

199 *Et certamen sancti martyris Juliani et sociorum.*

Hi imperatore Leone Iconomacho claruere. Cum vero orthodoxæ fidei essent, Deumque timerent, et venerabiles honore prosequerentur imagines, martyrium obierunt. Animadvertentes enim illum a sanctarum imaginum adoratione aversum, atque eas igne absumere, zelum ex hoc concipiebant, mœrore contabescentes. At cum viderent venerandam etiam Christi imaginem, quæ in Ærea porta exstabat, effringi, ægrum animi sensum in medium protulerunt; et arrepto spathario, qui scalam, effigiem destructurus, ascendebat, eum una cum scala dejicientes, interfecerunt; atque ad iram commoto tyranno, alii quidem statim gladio consumpti (multi enim erant numero, inter quos plures feminæ. et Maria patricia), alii custodiis traditi, ac facie combusti, plurimosque passi cruciatus, capite fuere obtruncati.

Et commemoratio sancti Constantini archiepiscopi regiæ urbis.

B Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰουλιανοῦ καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ.

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Εἰκονομάχου. Ὄντες δὲ ὀρθόδοξοι, καὶ τὸν Θεὸν φοβούμενοι, καὶ τὰς τιμίας εἰκόνας τιμῶντες, ἐμαρτύρησαν. Ὁρῶντες γὰρ αὐτὸν τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν ἀποστρεφόμενον, καὶ αὐτὰς πυρὶ καταλοντα, ἐζηλοτύπουν λυπούμενοι. Ὅτε δὲ εἶδον καὶ τὴν Χαλκῆ πύλῃ τιμίαν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ διορυσσομένην, ἐξήνεγκαν τὴν λύπην εἰς φῶς. Καὶ κρατήσαντες τὸν ἐπὶ τῆς σκάλας ἀναβάντα σπαθάριον, πρὸς τὸ καταλῦσαι τὴν εἰκόνα, καὶ ῥίψαντες ἐπὶ τὴν γῆν μετὰ τῆς σκάλας, ἀπέκτειναν· καὶ κινήσαντες εἰς θυμὸν τὸν τύραννον, οἱ μὲν παραυτίκα ξίφει ἐτελειώθησαν, πολλοὶ τὸν ἀριθμὸν ὄντες· ἐν οἷς ἦσαν καὶ γυναῖκες οὐκ ὀλίγαι, καὶ Μαρία ἡ πατρικία. Οἱ C δὲ φυλακῇ παραδοθέντες, καὶ τὰ πρόσωπα κπκαίντες, καὶ πολλὰ δεινὰ ὑποστάντες, ἀπεκεφαλίσθησαν.

Καὶ μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντίνου ἀρχιεπισκόπου τῆς βασιλίδος πόλεως.

EODEM MENSE.

Die decima

Certamen sanctorum martyrum Laurenti, Xystis et Hippolyti.

Erant isti temporibus Decii imperatoris. Et Xystus quidem Athenis natus, ubi philosophiæ studiis operam navavit; Romam vero profectus, post Stephani sacri martyris obitum episcopus consecratur. Cumque quas habebat Ecclesiæ pecunias, pauperibus per Laurentii diaconi manus distribuisset, ait illi: Laurenti, cras Decio trademur ad exa- D men. Ac juxta ejus prædictionem detentus, minimeque inductus, ut idolis sacrificaret, capite fuit obtruncatus. Delatus etiam Laurentius, cum sacram supelleetilem ab eo postularent, imponens ipse super currus claudos mancosque, quibus pecuniam erogaverat, ante imperatorem adduxit, dicens: Hi sunt, qui pecuniam custodiunt. Tunc super candentium carbonum cratem extensus, **200** tradidit spiritum. Sanctus vero Hippolytus eorum assumens reliquias, atque sepeliens, captus fuit; et alligatus ad indomitos equos, raptatus consummatur.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Γ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Λαυρεντίου, Ξύστου καὶ Ἱππολύτου.

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου· ὁ μὲν Ξύστος ἐξ Ἀθηνῶν, ἔνθα καὶ τὸν τῆς φιλοσοφίας ἤσκησε λόγον. Παραγενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐχειροτονήθη ἐπίσκοπος μετὰ τελευτὴν Στεφάνου τοῦ Ἱερομάρτυρος. Δοὺς δὲ διὰ χειρὸς Λαυρεντίου διακόνου τὰ προσόντα αὐτῷ ἱερὰ χρήματα πτωχοῖς, λέγει αὐτῷ· Λαυρέντιε, αὔριον παραδιδόμεθα Δεκίῳ εἰς ἐξέτασιν. Κατὰ δὲ τὴν πρόῤῥησιν αὐτοῦ κρατηθεὶς, καὶ μὴ πεισθεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, ἀπεκεφαλίσθη. Προσαχθεὶς δὲ καὶ Λαυρέντιος, καὶ τὰ ἱερὰ χρήματα ἀπαιτούμενος, ἐπιθεὶς εἰς τὰς ἁμάξας τοὺς χωλοὺς, καὶ ἀναπήρους, οἷς διένειμεν τὰ χρήματα, ἤγαγεν ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως, εἰπών. Οὗτοί εἰσιν οἱ τῶν χρημάτων φύλακες. Τότε ἁπλωθεὶς ἐπ' ἐσχάρας, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Ὁ δὲ ἅγιος Ἱππόλυτος λαβὼν τὰ λείψανα αὐτῶν, καὶ θάψας, ἐκρατήθη. Καὶ προσδεθεὶς ἵπποις ἀγρίοις, ἐτελειώθη συρόμενος.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΑ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Εὔπλου.

Εὔπλος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ ἐκ τῆς πόλεως Κατάνης τῆς ἐν Σικελίᾳ τῇ νήσῳ. Διάκονος δὲ ὢν τῆς ἐν αὐτῇ ἐκκλησίας, ἐδίδασκε τὸν λαὸν τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ὑπαναγινώσκων τὰς ἱερὰς Γραφάς· ὅθεν διαγνωσθεὶς, καὶ κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος, καὶ τὸν Χριστὸν ἀρνήσασθαι βιασθεὶς, καὶ μὴ πεισθεὶς, ἐδέθη χεῖρας καὶ πόδας. Καὶ κρεμασθεὶς ἐπὶ ξύλου, χερσὶ σιδηραῖς καὶ ὄνυξι κατεξαίνετο, καὶ βαρείαις σφύραις τὰ ὀστᾶ συνετρίβετο. Εἶτα τοῦ ξύλου καταβιβασθεὶς, φυλακῇ ἐναπερρίφη· ἔνθα διψήσας, καὶ μὴ ἔχων ὕδωρ πίνειν, προσευξάμενος, πηγὴν ὕδατος ἐξήγαγε τῆς γῆς, καὶ πιὼν εὐχαριστησε τῷ Θεῷ. Μετὰ ταῦτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς, καὶ τὰς ἀκοὰς αὐτοῦ σουβλίοις διατρυπηθεὶς, τελευταῖον ξίφει τὴν ἱερὰν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀπεκεφαλίσθη.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΑ'

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Φωτίου καὶ Ἀνικήτου.

Φώτιος καὶ Ἀνίκητος, οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, ὑπῆρχον μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ· ἦν δὲ ὁ Φώτιος ἀνεψιὸς τοῦ Ἀνικήτου. Δημηγορήσαντος δὲ Διοκλητιανοῦ ἐν Νικομηδείᾳ, καὶ πάντα τὰ βασανιστήρια εἰς μέσον προθέντος, καὶ ἀπειλήσαντος, ὡς εἴ τις ἑαυτὸν Χριστιανὸν ἐμολογήσει, θανατῳ ὑποπεσεῖται. παρὼν ὁ Ἀνίκητος Χριστιανὸν ἑαυτὸν μεγάνῃ τῇ φωνῇ ἀνεκήρυξεν. Καὶ κρατηθεὶς ἐτύφθη σφοδρῶς, καὶ τὰ ἐπ' αὐτὸν ἀπολυθέντα θηρία ἡμερώτερα προβάτων ἀπέδειξεν. Εἶτα προσευξάμενος, συνέτριψε τὸ τοῦ Ἡρακλέους ξόανον. Λαβὼν δὲ τὴν διὰ ξίφους ἀπόφασιν, καὶ μέλλων ἀποκεφαλισθῆναι, δι' εὐχῆς ἐξήρανε τοῦ δημίου τὴν χεῖρα. Τότε προσδραμὼν ὁ Φώτιος, ἠσπάσατο αὐτόν· καὶ κρατηθεὶς, συνεδέθη αὐτῷ· καὶ ἀμφότεροι διαφόρως βασανισθέντες, τέλος πυρὶ ἐτελειώθησαν.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΓ'

Ἡ μετάθεσις τοῦ λειψάνου τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ.

Οὗτος ἦν κατὰ τοὺς χρόνους Κωνσταντίνου τοῦ ἐπικληθέντος Πωγωνάτου, ὄντος ἀπογόνου Ἡρακλείου. Ταῖς μεγίσταις οὖν τιμαῖς, ὑπὸ τῶν πρώην βασιλέων δεξιωθεὶς, καὶ ἱκανὸς ὢν ἐν ταῖς πολιτικαῖς διοικήσεσι τὰ πρακτέα ὑφηγεῖσθαι διαλόγων καὶ τρόπων, καὶ τὴν ἀπὸ χρόνοι σύνεσιν, εἰς το τοῦ πρωτοσηκρίτου προεβιβάσθη ἀξίωμα. Καὶ βουλῆς τοῖς βασιλεῦσι γέγονέ κοινωνός. Ἐπεὶ δὲ ἡ πονηρὰ καὶ ἔκφυλος δόξα τῶν μίαν θέλησιν ἐπὶ τῆς διὰ σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας ἀνοήτως καὶ δυσσεβῶς ἐπεκρατει, ὅσον ἐπ' αὐτοῖς μίαν τῶν δύο φύσεων ἀναιρούντων, καὶ διατάγματά τινα τὴν κακοδοξίαν κρατύνοντα κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐπομπεύετο, καὶ ἐπὶ τῆς μεγάλης προῦκειτο ἐκκλησίας, οὐκ ἀνασχόμενος τῇ τῶν ἀσεβῶν κοινωνίᾳ συνασεβεῖν· ἀφεὶς τὰς κο-

A

EODEM MENSE.
Die undecima
Postremo concionum solemnium antistiti locum, quem occupare debet, assignamus. Ad aliquorum namque preces cum antiquitus conciones in ipsorum regionibus celebrassent, antistites jam id facere recusantes abscesserunt, novis subinde concionibus apud eos, quorum hospitio utebantur, locum daturi. Statuimus igitur ut, quando tale quid acciderit, ubi nempe concionatores, mercatores, indigenæ aut exteri, priorem præsidem dereliquerint, aliaque loca novas conciones instituturi adierint, id facere eis liceat. Voluntariam enim, arbitrariam prorsusque liberam iis talem translocationem fore præsuminus. Quod si inter concionum ordinatores dissensio intercesserit, ita ut alii in iisdem, quibus antea, locis conciones celebrare satagant, alii de novis locis cogitent, nos quidem jus prioritatis prævaleat statuimus, ita ut priori loco privilegium communi suffragio fultum remaneat. Atque hoc loco non est prætereundum quod istæ concionum translationes quadripartitæ sunt; aut enim a potentibus ad potentes, aut ab impotentibus ad impotentes, aut a potentibus ab impotentes, aut ab impo-

tentibus ad potentes fieri solent. Ex his quæ de tribus prioribus memoravimus, thematum vim habent de potentium autem ad potentes, et ab impotentium ad potentes, et potentium ad impotentes translatione loquimur. Quartum namque caput lenius atque humanius interpretabimur. Facile enim potentes concionandi jus impotentibus eripiunt. In hoc igitur capitulo ordinamus ut concionis inter impotentes et potentes translatio locum habet, nisi communia suffragia prioris loci privilegium conservarent. Sic enim duarum rerum erit unio : prioritatis jum cum omnium suffragio eadem via progredietur. Si enim in cæteris tribus thematibus in tantummodo sufflce solet quod verisimile est, ubi tota scilicet concio transfertur et prioritas ejusdem determinatur et in duo dividitur; quod ad quartum titulum attinet, jubemus ut duorum verisimilium sit unio et consensio, ita quidem ut concilium ab impotentibus ad potentes viam inveniat, et ut consensio memorata et prioritatis privilegium conspirent. Pauperibus igitur manum auxiliatricem porrigamus, iisque id quod de potentium potentia superest concedamus. Ea itidem cura fuit avi nostri piæ memoriæ, domino Romano seniori ; semper enim jura natura sua inalterabilia ab impotentibus ac potentes transtulit.

A ρον τῇ ἀρχαιότητι κρατεῖν, καὶ τὰς ἐκ τῶν [illegible] μᾶλλον ἐκείνην ἐν τισὶ καὶ εἶναι συνιστᾶσθαι τὴν ἕνωσιν τῶν εἰρημένων, καὶ κρατεῖν τὸ καίριον τοῦ τόπου προνόμιον. Καὶ ἐπεὶ αἱ μεταστάσεις ἐπὶ μεταθέσεις τῶν πανηγύρεων, τετραχῶς τὴν λύσιν δέχονται· ἢ γὰρ ἀπὸ δυνατῶν εἰς δυνατοὺς εἰώθασι μετατίθεσθαι, ἢ ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς ἀδυνάτους, ἢ ἀπὸ δυνατῶν εἰς ἀδυνάτους, ἢ ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς δυνατούς, τὰ μὲν ἤδη προθεσπισθέντα ἐπὶ τῶν τριῶν τρόπων καὶ μόνων τὴν ἰσχὺν ἔχει θεμάτων, ἤτοι ἐπὶ τῶν ἐκ δυνατῶν εἰς δυνατοὺς μεταθέσεων καὶ ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς ἀδυνάτους καὶ ἀπὸ δυνατῶν εἰς ἀδυνάτους. Τὸ γὰρ τέταρτον κεφάλαιον ἰδιαιτέρας καὶ φιλανθρωποτέρας τεύξεται τῆς ἡμετέρας ἑρμηνείας· ἐπεὶ γὰρ εὐχέρεια τοῖς δυνατοῖς πολλή τις ἐστὶ πρὸς τὸ

B τὰς πανηγύρεις ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν ἀδυνάτων ἀποσπᾶσθαι, θεσπίζομεν ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ μὴ ἄλλως τοῦτο παραχωρεῖν γίνεσθαι, ἤγουν τὴν ἀπὸ τῶν ἀδυνάτων εἰς δυνατοὺς τῆς πανηγύρεως μετάθεσιν, εἰ μὴ ὁμοθυμαδὸν ἀναχωρεῖ ἅπασα ἐξουσίας καὶ ἐκεῖσε μεθίσταται ἔνθα καὶ πρότερον καὶ ἐκ παλαιοῦ συνίστατο· ὡς συντρέχειν ἐνταῦθα τὰ δύο εὔλογα, τό τε τῆς ἀρχαιότητος δίκαιον καὶ τὴν τοῦ παντὸς πλήθους σύῤῥοιάν τε καὶ συμπνοιαν. Καὶ γὰρ, εἰ τάχα ἐν τοῖς ἄλλοις τρισὶ θέμασι καὶ τὸ ἓν εὔλογον ὂν μόνον οἶδεν ἀρκεῖν, οἷον μόνην τὴν σύμπνοιαν ὅτε ἅπασα μεθίσταται ἡ πανήγυρις, ἢ μόνην τὴν ἀρχαιότητα διϊσταμένης δηλονότι καὶ διατεμνομένης εἰς δύο τῆς πανηγύρεως, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ τετάρτου τοῦδε κεφαλαίου τὴν τῶν δύο εὐλόγων συνέλευσιν εἶναι κελεύομεν ἐπὶ τῷ κρατεν τὴν ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς δυνατοὺς μετάθεσιν τῶν πανηγύρεων, τήν τε ῥηθεῖσαν τοῦ παντος σύμπνοιαν καὶ τὸ τῆς ἀρχαιότητος δίκαιον· τοῖς πένησι πάντη χεῖρα βοηθὸν ὀρέγοντες καὶ τὸ περιὸν τῆς δυνάμεως τῶν δυνάμεως τῶνδυνατῶν ἀναστέλλοντες δ καὶ τῷ μακαρίτῃ πάππῳ ἡμῶν βασιλεῖ κυρῷ Ῥωμανῷ τῷ γέρεντι μεμερίμνηται πάλαι ἄριστα ἐπὶ ταῖς τῶν ἀκινήτων δικαίων τῶν ἀδυνάτων πρὸς δυνατοὺς ἐκποιήσεσιν.

V.

Imp. Basilii Porphyrogeniti de archiepiscopatu Bulgariæ (11).

Cum multa sint et magna quæ a benigno Deo donata sunt majestati nostræ regiæ bona diversis temporibus et numerum superantia, illud est super omnia egregium quod additum sit imperio Romano Bulgarorum imperium et sub uno jugo positum fuerit. Inde igitur nos reverendissimum monachum Joannem archiepiscopum Bulgariæ decrevimus esse, et quæ ad hunc archiepiscopatum pertinent, illa eidem præstari. Et quia postulavit iste habere descriptum, quot debeant in Ecclesiis diœcesis suæ et episcoporum suorum clerici et parœci ministrare, dedimus ei præsens sigillum nostræ regiæ majestatis.

Quamobrem mandamus illum quidem archiepiscopum habere in oppidis diœcesis suæ,id est,in Achrido, Prespa, Macro, et Citzabi clericos 40 et parœcos 30 ; episcopum Castoriæ in oppidis diœcesis suæ, id est in ipsa Castoria, in Curesto, Colonia, Deaboli, Boosa et Moro clericos 40 et parœcos 30 ; nisi forte numerosiores habuit prius, sed

C Πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων τῶν παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ δεδωρημένων τῇ βασιλείᾳ ἡμῶν ἀγαθῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς καὶ ἀριθμὸν ὑπερβαινόντων, τοῦτό ἐστι παρὰ πάντα ἐξαίρετον τὸ προσθήκην γενέσθαι τῇ Ῥωμαϊκῇ ἀρχῇ καὶ τὴν τῶν Βουλγάρων γενέσθαι ὑπὸ ζυγὸν ἕνα· ἐντεῦθεν οὖν καὶ τὸν εὐλαβέστατον μοναχὸν Ἰωάννην ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας ἐκυρώσαμεν εἶναι καὶ τὰ τῇ ἀρχιεπισκοπῇ προσήκοντα παρ' αὐτοῦ ἰθύνεσθαι. Καὶ ἐπεὶ ᾐτήσατο ὁ τοιοῦτος ἐγγράφως ἔχειν τοὺς ὀφείλοντας ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς ἐνορίας αὐτοῦ καὶ τῶν ἐπισκόπων αὐτοῦ κληρικοὺς καὶ παροίκους ὑπηρετεῖν, δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ παρὸν σιγίλλιον τῆς βασιλείας ἡμῶν.

Δι' οὗ παρακελευόμεθα, αὐτὸν μὲν τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἔχειν εἰς τὰ κάστρα τῆς ἐνορίας αὐτοῦ ἤτοι εἰς

D τὴν Ἀχρίδα, τὴν Πρέσπαν, τὸν Μάκρον καὶ τὴν Κίτζαβιν κληρικοὺς μ' καὶ παροίκους λ'· τὸν δὲ ἐπίσκοπον Καστορίας εἰς τὰ κάστρα τῆς ἐνορίας αὐτοῦ ἤτοι εἰς αὐτὴν τὴν Καστορίαν, εἰς τὸν Κόρεστον, τὴν Κολώνην, τὴν Δεάβολιν, τὴν Βοῶσαν καὶ

(11) ... novellam primi ediderunt Rhallis et Potlis in Collect. canon. V, p. 268, ex codice ms. ... episcopi. De ejus genuinitate dubitat clar. Zach. a Lingenthal.

τὸν Μῶρον κληρικοὺς μ' καὶ παροίκους λ'· εἰ τάχα
ἰ περισσοτέρους εἶχε πρᾶγμα, ἀλλ' οὖν οὐ βουλόμεθα
:ερβαίνειν τὸν ἀριθμὸν τῶν κληρικῶν καὶ παροίκων
ῦ ἀρχιεπισκόπου. Τὸν δὲ ἐπίσκοπον Γλαβινίτζης
ς αὐτὴν τὴν Γλαβινίτζαν καὶ εἰς τὰ Κάνινα καὶ
ς Νεάνισκαν κελεύομεν ἔχειν κληρικοὺς μ' καὶ
αροίκους μ' τὸν δὲ ἐπίσκοπον Μογλαίνων εἰς αὐτὰ
ὰ Μόγλαινα καὶ τὸν Πρόσακον καὶ τὴν Μυρίχοβαν
αὶ τὴν Σετίνην καὶ τὸν Ὄστροβὸν καὶ εἰς τὰ
άδρυα κληρικοὺς ιε' καὶ παροίκους ιε'· καὶ τὸν
πίσκοπον Βουτέλεως εἰς τὴν Πελαγονίαν καὶ εἰς τὸν
ρίλαπον καὶ εἰς τὴν Δευρετὴν καὶ εἰς τὸν Βελεσὸν
λληρικοὺς ιε' καὶ παροίκους ιε'· καὶ τὸν ἐπίσκοπον
:τρουμμίτζης εἰς αὐτὴν τὴν Στρούμμιτζαν καὶ τὸν
Ραδόβιστον καὶ τὸν Κονέτζην κληρικοὺς ιβ', καὶ
ιαροίκους ιβ'· καὶ τὸν ἐπίσκοπον Μοροβίσδου εἰς
ὐτὸν τὸν Μορόβισδον καὶ τὸν Κοζίακον καὶ τὴν
:λησίστην καὶ τὴν Σθλετοβὰν καὶ τὸν Λουκόβιτζον
ε' καὶ παροίκους ιε'. καὶ τὸν ἐπίσκοπον Βελεβούσδίου εἰς αὐτὴν τὴν Βελεβουσδαν καὶ τὸν Σο-
ντιασκὸν καὶ τὴν Γερμάνειαν καὶ τὸν Τερίμερον καὶ τὸν Στοβὸν καὶ τὸν Στοβὸν καὶ τὸν κάτω Σουαδέασκον καὶ
τὰ Ῥαίλογα κληρικοὺς ιε' καὶ παροίκους ιε'· καὶ τὸν ἐπίσκοπον Τριαδίτζης εἰς αὐτὴν Τριάδιτζαν καὶ
τὸν Πέρνικον.....

A nolumus superare numerum clericorum et parœcorum archiepiscopi. Episcopum Glabinitzæ in ipsa Glabinitza, et in Caninis et Neanisca mandamus habere clericos 49 et parœcos 30; episcopum vero Moglænorum in ipsis Moglænis, et Prosaco, Mirichoba, Setina, Ostrobo, et Zaodris clericos 15 et parœcos 15; episcopum Butelei in Pelagonia, Prilapo, Deureta et Beleso, clericos 15 et paræcos 15; episcopum Strummitzæ in ipsa Strummitza, Rhadobisto, et Conetza clericos 12 et paræcos 12; episcopum Morohisdi in ipso Morobisdo, Coziaco, Slabista, Sthletoba, Lucobitzo, Piavitza. et Molesoba clericos 15 et parœcos 15; episcopum Belebusdii in ipsa Belebusda, Suntiasco, Germania, Terimero, Stobo, inferiore Suadeasco et Rhælogis, clericos 15 et paræcos 15; episcopum Triaditzæ in ipsa Triaditza, et Pernico....

B

ANNO DOMINI CMLXXXIX

LEONIS DIACONI

CALOENSIS

HISTORIÆ LIBRI DECEM

E RECENSIONE

CAROLI BENEDICTI HASII

INSTITUTI FRANCIÆ ACAD. INSCRIPTT. SOCII, ETC.

ADDITA EJUSDEM VERSIONE ATQUE ANNOTATIONIBUS AB IPSO RECOGNITIS.

—

C. B. HASII DEDICATIO.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO
NICOLAO COMITI DE ROMANZOFF
IMPERII RUSSICI CANCELLARIO ORDINUM IMPERII
PEREGRINORUMQUE ALIORR. PLURIMORR. EQUITI ETC. ETC. ETC.
QUI
SINCERÆ MAGNÆQUE GLORIÆ
CUPIDITATE INCENSUS
LITTERARUM ET HONESTARUM ARTIUM
TUM SUBLIMIORUM OMNIUM SCIENTIARUM STUDIA
ITA COMPLEXUS EST ET FOVET
UT IISDEM CUM REI PUBLICÆ UTILITATIBUS
ARCTISSIMO VINCULO CONSOCIATIS OMNI EUROPÆ
OMNIQUE POSTERITATI SUMMO SE CULMINE DIGNISSIMUM
PRODIDERIT
HISTORIÆ BYZANTINÆ
NOVUM HOC VOLUMEN
D. N. E.
L. M. Q.
D. D. D.
EDITOR.

—

C. B. HASII PRÆFATIO.

—

[I-XI] I. Si quis fortasse miratur, quid sit, quod Leonis Diaconi Historia, quam complures ante annos receperam me editurum, nunc demum exeat: is, ubi dilationis causam perspexerit, una et mihi facile veniam dabit procrastinationis, et eo majores gratias viro amplissimo cujus munificentia conatui meo subventum est, habebit. Quapropter nihil prius exponam, quam qua fortuna scriptor diu retrusus nunc potissimum exstiterit. Deinde dicam de vita auctoris, et quæ mea quidem sit de ingenio ejus, de genere dicendi, de fide, existimatio: item de codice, in quo uno, quantum scio, Historia ejus est conservata. Tum de Tacticis agam Nicephori Phocæ, postremo rationem et versionis et notarum mearum, et omnino editionis, explicabo.

II. Ego, postquam in Bibliotheca Regia esse cœpi, ut primum penitius eam nosse licitum est, facile intellexi, etiam post Goari, Possini, Ducangii et, qui admodum multi

veterum monumenta e situ eruit, Combefisii varios labores, quasi e quodam inexhausto fonte, hauriri inde non pauca posse ad collectionem auctorum Byzantinorum cumulatius augendam. E scriptoribus autem ibi servatis duos esse potissimum, Leonem Diaconum et Michaelem Psellum, quorum editio et desideraretur dudum a viris doctis, et esset jam aliquando si minus confecta, concepta certe animo atque affecta. Nam illum ipsum Combefisium testatum est ex Harles. Bibl. Græc. VII, 684, cum esset animo erecto ad indaganda in lucemque evocanda Græcorum scripta, imprimis ecclesiastica et Byzantina, Bibliothecam Regiam scrutantem cepisse cum Leonis tum Pselli (XIV) cognitionem editionemque utriusque adornasse. Quin ipse sic habet notis ad Auctar: noviss. Biblioth. Græcor. Patr. Paris. 1672, p. 545, subhorride (ut plerumque incomptus est in oratione Latina): *Photii technas malasque artes cum alii prosecuti sunt Græci æquales, aut parum suppares, tum meus Logotheta* (hic est Simeon magister et logotheta, de quo Harles. VII, 417), *si quando, pace lenius aspirante, ac Christianissimo rege semper victore, Regia Lupura, historiæ Byzantinæ pœne necessario supplemento, cum Leone Diacono et Michaele Psello, regium vere multiplici titulo argumentum, juris publici regia munificentia faciat: ne sibi per moras Batavus, aut gens alia, eam gloriam rapiat.* Sed a. 1679 a vita discessit Combefisius, deque duobus tomis Auctarii Byzantini, quos edendos sibi proposuerat, ne priorem quidem potuit divulgare. Is enim, scriptores post Theophanem continens, Constantinum Porphyrogenetam dico de Vita Basilii, Continuatorem anonymum Theophanis, Joannem Cameniatam, Georgium monachum, alios, non nisi sexennio post, curante Sebastiano Mabre-Cramoisy, ex typographia Regia a. 1685 in lucem prolatus est. Editio alterius, Leonem Michaelemque Psellum complexuri, prope triginta annis post commissa est Michaeli Le Quien, ex schedis Combefisianis adornanda: vid. Echard. scriptorr. ordinis Prædicator. II, 684. Nec segniter is se ad opus admovit, ita ut Leo in typographia Regia formulis jam cœptus sit describi, ipseque Le Quien sic habeat Orient. Christian I, 255: *Quæ Leo Diaconus refert in Historia, cujus pars typis Regiis jam edita est.* Atenim intervenit impressioni ingravescens bellum, quod de Hispaniarum successione gestum est, *consiliumque*, ut scribit Echardus loc. cit., *quod Michaeli Le Quien commissum erat exsequendum, jamque typis Regiis inceptum, bello tum atrociori ubique flagrante interruptum est ac prolatum.* Ergo neque Combefisii opera neque Lequienii, a. 1733, vita functi, Leoni potuit prodesse. Et mirari licet, plagulas illas tunc impressas interiisse, prope dicam, in nihilum, neque usquam jam comparere. Ego certe scrutatus sum quæ potui, et perquisivi, percontatus quoque agentes typographiæ Regiæ, viros non solum peritissimos artis suæ, verum historicos quoque, monumentorumque officinæ ipsorum percuriosos: reliquias editionis illius inceptæ nullas potui nancisci. Quapropter (XV) suspicor, exemplaria ea vel casu aliquo peculiari, vel data opera, fuisse deleta.

III. Reliquerat igitur Combefisius, ex hac vita migrans, cum alia præclare inchoata multa, tum confectam, ut videtur, Leonis Psellique versionem Latinam. Sed illa priora, multis undique in schedas exstincti involantibus (ut fere fit in eruditorum obitu), dissipata evanuerunt: versionem Leonis ac Pselli Parisiis in ædibus FF. Dominicanorum ad vitam S. Honorati, ubi vita cessit Combefisius, multos annos asservatam esse constat, ejusque copiam viris doctis compluribus factam. Ita varii variis locis non solum mentionem fecerunt Leonis, verum illius fragmenta scriptis quoque inseruerunt suis. Velut Bandurius Imper. Oriental. II, 465, 480, 481, 726, 728; Ducangius cum in Glossario non uno loco, tum in notis ad Zonaram II, 90, 103, 105, 107; omnium maxime autem Francisc. Pagius Critic. in Annales Baronii III, 873, *eam versionem opera Bernardi Montfauconi a se lectam, et quoad præcipua capita* (utor ipsius verbis) *descriptam esse* asseverans, ad historiam sæc. x vergentis *certius illustrandam.* Ac profecto ejus fragmentis refersit cum extremum tomum tertium Criticor. 873, 875, 876, tum exorsum tomi quarti 3. — 39. Unde eadem hausit partimque transcripsit Schloezerus in *Nestore s. Russische Annalen in ihrer Grundsprache u. s. w. V*, 125, — 177. Alios contra nimium quantum neglexisse ea questus est Saxius Onomast. II, 156, *nobilissima illa fragmenta, Latine edita, quomodo subinde homines eruditos, tanquam Guill. Cave* Histor. litterar. scriptorr. ecclesiast. II, 106, *inprimisque J. A. Fabricium* Bibl. Gr. VI, (is enim verus est numerus: apud Saxium legitur V,) 353 *et* XIII 788, *latere potuerint*, cogitatione

assequi se non posse. Tametsi in his erratum est ipsius Saxii. Nam cadat jam ejus reprehensio in Fabricium, cujus volumina exierunt alterum a. 1714, alterum a. 1726, G. Caveo certe. qui scripsit a. 1688, vitio nequit dari, quod tunc ignoravit quæ Pagius a. 1705 erat editurus. Sed ut revertar ad versionem Combefisianam, superfuisse ea videri usque ad motum repentinum quo Gallia tota, vergente sæculo superiore, confusa est. Tunc illa ipsa procella, quæ viros studiis ac doctrinis exquisitioribus claros partim dejecit de statu omni, partim præcipites perturbavit ex patria ; (XVI) quo flatu collectæ litteraria et religiosa universa evertit, eodem ut multa alia ingenii monumenta, cimeliis reconditis mandata, sic item ultimas reliquias sedulitatis Combefisianæ dissipavit, immo obruit. Certe neque tum cum expilarentur libraria FF. Dominicanorum, neque ex post surreptiones varias libri inde residui per bibliothecas diversas diriberentur, quicquam de repertis Combefisii schedis auditum est, nedum de versionibus Leonis et Psei, quæ vel in latebra aliqua ignorata delitescunt adhuc, vel (quod magis est credibile, omnes hodie interciderunt.

IV. Quare, ubi semel in animum induxeram Leonem in lucem proferre, fieri oportere novam interpretationem ejus Latinam : extra pauca quæ supra dixi, in Criticis Pagianis conservata. Deinde conquisivi quæ ad illustrandum scriptorem spectarent. Sed, opera jam fere prelo parata, perspicere cœpi, quantas ejus editio difficultates esset habitura, cum alias, quas hic definite edisseri quid attinet? tum magnitudinem impensarum, quibus nec privati cujusvis unius suppeterent facile copiæ, nec certe meæ. Accedebat, ut ipse in Bibliotheca Regia sub id tempus essem occupatissimus, notitiam codd. Græcc. ex Italia recens allatorum conficere conans, qualem de codd. Florentinis Bandinius, de Vindobonensibus Lambecius ediderunt. Quamobrem, quo saltem intelligerem, quale virorum doctorum judicium futurum esset de Leone, satis tunc habui, librum sextum, ut erat a me versus, seorsum speciminis causa in lucem proferre *Notices et Extraits des Mss. de la Bibliothèque du Roi*, etc. VIII, 254 — 296. Neque quidquam posthac proprius est factum, quam ut cogitationem editionis integræ omnino dimitterem. Aliquot anni cum sic effluxissent, me aliis sollicitudinibus curisque distento, ecce vir doctus, quo nemo omni antiquitatis septentrionalis memoria abundantior, nemo in monumentis historiæ Russicæ examinandis, comparandis, explicandis acutior aut felicior, Philippus Krug, Academiæ Imperialis scientiarum Petropolitanæ decus et ornamentum, ultro me litteris mire puris, amicis, candidis adiit, nihilque opinanti commemoravi, quemadmodum rei pridem institutæ expediri exitus posset. Nempe imperii Russici cancellarius, etc., ill. comitem Nicolaum de Romanzoff, virum, ut omni magnarum rerum laude cumulatum, ita natum provehendis liberalibus studiis, cum in manus ejus incidisset specimen XVIi Leonis in Notitiis Mss. editum, optare, ut scriptor totus in lucem proferatur : sumptus necessarios eumdem subministraturum. Mirifice igitur delectatus hoc nuntio, multo acrius exarsi ad cupiditatem edendi operis : ipsiusque illustr. comitis litteris paulo post magis etiam confirmatus, evestigio orsus sum editionem. Neque aliunde amplissimorum hominum mihi defuit studium aut voluntas. Nam et vir summus comes de Montesquiou, Franciæ par, regis Christianissimi consiliarius intimus, cum administrationem interiorem, ut nunc vocamus, in Gallia haberet, redempto exemplarium, ut aiunt, numero haud exiguo, expeditissimum reddere totum imprimendi negotium dignatus est : quam ejus voluntatem ratam fecit post eum eodem munere fungens ill. Dom. comes Decazes, etc., immortalem laudem comparans, dum litteras et scientias, omninoque bonas quasvis disciplinas in Francia florere atque ornari omni conatu curat : et vir eruditione, auctoritate, virtutibus eminentissimus, doctrinæ Orientalis per orbem terrarum princeps, liber Baro Silvester de Sacy, Rector Universitatis Parisiensis, institutionis publicæ constituendæ Vvir, ordinis Reg. Legionis honorif. præfectus, Academiæ Reg. Inscriptt. et litterarr. human. sodal. etc., interventu suo obtinuit, ut in typographia Regia Leo formulis describeretur. Ita, his auspiciis incepta, biennii spatio ad exitum adducta impressio est : tardius fortasse quam volebam, obsequi continuo tantis viris jucundissimum existimans : satis cito, si molem voluminis difficilemque rationem commentarii characterumque Græcorum spectes.

V. Venio nunc ad ea quæ constant de vita Leonis, pauca sane, nec diversa fere ab iis quæ Notitt. Mss. VIII, 257, pridem protuli. Vitam Leo adiit Caloe, (τῆς Καλοῆτῶν πόλεως,

Le Quien Orient. Christ. I. 726.) quæ civitas est Asiæ proconsularis in Tmolo monte, prope fontem Caystri amnis (infra 2*) : is tractus omnis themati Thracensium tunc accensebatur. De parentum conditione non habemus quod liqueat : patri nomen Basilii fuisse ipse ait 2, ac primam quidem ætatulam in patria parentumque disciplina videtur exegisse : inde studiorum causa Constantinopolim tanquam ad domum quamdam doctrinæ profectus, ibi a 966, mens. April., sacro solemni Ascensionis, motu populari in Nicephorum effecto, imperatorem gradatim per urbem equitantem conspexit, virtutemque ejus et animi firmitatem [XVIII] vi furiosa plebis perturbari haudquaquam posse admiratus est. Hæc se adolescentulo accidisse scribit 40. Ita si statuimus, a. 966 eum egisse annum circiter sextum et decimum, sequitur, natum esse sub a. 950. Circa a. 973, quo, Basilio exauctorato, Antonius patriarcha creatus est, in Asia fuit: ibi certe gemellos monstruosos, imperii provincias obeuntes, crebro se vidisse tradit 102. Post aliquanto in collegium sacerdotum palatinorum ascitus, a. 981, cum Basilius imp. magno apparatu Bulgaris bellum inferret, castrisque ad Stoponium positis Triaditzam oppugnaret (Cedr. II. 695), diaconi munere fungens secutus comitatum est: legionibusque retrorsum raptis, cum exercitus perterritus interneciva clade in itinere afficeretur, ipse e Bulgarorum undique provolantium manibus (107) ægre evasit. Quare opinor in Historia, quoties Mœsiæ mentionem facit (velut 38), tremere et exalbescere tanquam objecta terribili re videtur, nihil ut sit, quod æque ei formidinem dicas injecisse. Quem postea tenuerit vitæ cursum neque ipse indicat, neque alii tradunt: nisi vero si quis est, qui addita demum ætate a rerum ecclesiasticarum cura eum abduxisse sese putet, atque in secessum, Historiæ condendæ causa, se recepisse. Constat certe, non exisse scriptionem ante a. 989, quo Bardas Phocas contra Basilium imp. rebellans oppressus est: quippe ejus interitus refertur 108. Expugnatio Chersonis, de qua 108, et mors Basilii præsidis (106), anno ante acciderunt. Num consilium fuerit Leoni, ultra Tzimiscæ mortem deducere historiam, dubitari potest. Nam quod scribit 109, mala, per stellam crinitam præmonstrata (quæ postea Basilio imperante evenerunt), suo quidque ordine ab historia dictum iri, id fortasse non sic intelligendum est, quasi ipse sibi ea seponeret narranda, sed generatim, aliis ea scriptoribus materiam dicendi præbitura.

VI. Ergo tria potissimum bella, Creticum, Asiaticum, Russicum, formidolosa atque difficilia, scribenda sibi sumpsit, afferreque lumen voluit rebus sua ætate (959—975) gestis. Sed est magnum munus historia, et ex omni scripturæ genere prope dicam difficillimum, Sunt unicuique sæculo suæ cæcitates mentis : ut, quamvis cætera ratione recta judicet, in quibusdam tamen erroris atque hebetudinis sit condemnandum. Infinitam vim habent religiones, instituta, factiones, sectæ : non [XIX] uno modo præstringi acies mentis solet sæculis cultis et eruditis, nedum asperis et tenebricosis. Accedit, ut Leonis ætas eloquentiam poneret in florida, ut ita dicam, oratione: cum magnam se quisque in dicendo laudem adeptum putaret, si, multa acervatim complexus ornamenta, poeticæ dictionis æmulatione grandioribus verbis, et duris, ne ineptis dicam, metaphoris esset usus. Atque haud scio annon quidquam magis historiæ officiat, quam fucatus ejusmodi sine dignitate color: quando ita nimio calamistrorum usu incedit oratio, ut et sermoni lepos omnis adimatur, et rerum expositioni fides. Id vitium Leo, tametsi non adeo insaniat quam Theophylactus Simocatta aut Nicetas Choniates (in orationibus præcipue, ubi cumprimis cupiunt diserti videri), effugere tamen omni ex parte non potuit, felicisque fortasse ingenii cursum oppressit illud tanquam adipatæ dictionis studium. Cumque a Divo Julio, primo De analogia, dictum sit, tanquam scopulum sic fugiendum inauditum atque insolens verbum esse, Leo contra quasi quasdam cautes reformidat vocabula idonea et usitata. Vocem ἀδελφὸς raro usurpat : creberrime αὐτάδελφος, ὁμαίμων, σύναιμος. Πέλω, τελέῳω (ut certe scripsi 90) τελέω, ὑπάρχω, πέφηνα (60, 93), πέφυκα, χρηματίζω, vel quidvis, potius adhibet quam εἰμί· ἀκουτίζομαι, διενηχέω, διενωτίζω, ἐνωτίζω potius quam ἀκούω. Passim quoque verbis vetustis e poetisque erutis orationem tanquam stellis (ut sibi videtur) ornat. Ὑπιωγαῖς 22, arripuit ex Odyssea E. 404, ubi nunc legimus ἐπιωγαί· Νέων, *vadens*, 27, e grammatico aliquo, opinor (vid. perspicacissimum Græcæ proprietatis arbitrum Frid. Aug. Wolf. Prolegom. IV, 18) : nisi ibi dicas νεῶν legendum, ejusque glossam esse ἐκκλησίαν, excidisse

*Numeri, hic et infra, paginas edit. Paris, principis repræsentant, quas inter uncos in textu Græco posuimus. EDIT. PATR.

autem ἀφικόμενος, vel tale aliquid. Ὄχθος, 32, significatione *ripæ*, rarum est, vel apud poetas. Verbum obsoletum προσέπω, unde προσειπεῖν, habet 99. Sed nolo multus videri in re quam inter legendum unusquisque facile per se notabit.

VII. Aliud Leonis vitium est synonymorum vana accumulatio. Sicubi σοβαρευόμενος scripsit (13), ne parum multa verba scisse videatur, continuo et γαυρούμενος subjungit, et ἐπαιρόμενός τε καὶ βρενθυόμενος. Sic singulis pene paginis. Ejusmodi tautologiis cumulati sunt Byzantini omnes medii ævi : nec nisi tempore Palæologorum ab acrioribus ingeniis Demetrio Cydonio, [XX] Chrysolora, Theodoro Gaza, Chalcondyla, id genus dicendi spretum est ac repulsum. Simul iidem primi cœperunt minus serviliter veterum stylum ac omnes, et erant tanquam anniculi infantes, qui nonnisi in curriculo, aut præeunte duce, insubulant. Non perennem ac perpetuam tum simplicium tum collocatorum verborum et vitius structuræ concinnitatem numerumque æmulabantur, non (quod caput erat) animos erectos veterum : sed si quos existimabant imitatione dignos, eorum phrases undique arreptas ad verbum transferebant in propria scripta. Neque alio pacto Leo egit. Verumtamen inter eum et æquales ipsius illud interest, quod hi, quantum possent, omnes propemodum omnium auctorum nobilium consumerent arculas imitando, Leonis sermo e tribus demum fontibus fluxerit, ex versione LXX Interpretum (libros Novi Fœderis minus crebro compilat), ex Homero, ex Agathia Myrinensi. Inde piscatus est locutiones, quibus scripta infercit et explet sua, tanquam in unum agrum plura inter se inimica spargens semina. Sed non refert alieno ornatu distinguere sermonem, nisi queas id cum judicio apteque facere : minusque genus dicendi ejus videretur inconcinnum, si depositio omni rhetorices strepitu, Constantini Porphyrogenetæ exemplo vel ad infimæ plebis orationem Leo sese dejecisset. Is contra Agathia, cujus grandiloquentiam et cothurnum vix nunc ferimus, videtur præcipue delectatus. Hoc demonstravi allatis in Commentario (velut 206) illius locis, non ubique tamen : nam omnia minima maxima vestigia imitationis colligere putidum erat nec conducebat quidquam ad auctoris cum interpretationem tum emendationem. E Procopio, jejuniore stylo res tractante, nihil videtur sumpsisse præter sententiolas quasdam, exordio et orationibus passim insertas. Neque usquam ullo vestigio deprehendere licet, primarios scriptores : Thucydidem, Polybium, Plutarchum, ab eo esse pervolutatos. Præterea reperies in eo plerumque τοιοῦτος positum, ubi Attici οὗτος scripsissent. Similiter usum creberrimum præpositionis κατὰ pro ἐν· velut, ut hoc utar, [illegible] κατὰ τὴν Ἀσίαν στασιάζουσι, *rebellantibus in Asia*. Verum hæc ei communia cum cæteris Byzantinis. Illud peculiare, ponere infinitivum futuri, ubi aoristi vel præsentis exspectes, præcipue post βούλεσται [XXI] (ut 23, 24) : deinde, idem vocabulum, aliquot lineis interjectis, libenter iterari.

VIII. Dixi, criminosius fortasse, quæ in Leone culpet aliquis : nec profecto ego is sum, qui laudes scriptoris cujuspiam, cui studuerim, plus quam satis sit decantem. Nunc æquum est, quæ ab illo faciant, item enumerare. Ac primo quidem magna est Leonis commendatio, quod quæ ipse viderit litteris mandavit, habendusque est inter scriptores illos, unde alii, qui posterius fuerunt, quasi e fonte capiteque narrationes rerum deduxerunt. Sic Scylitzem mutuatum esse ab Leone multa demonstravi in notis : a Scylitze autem omnia minima maxima sumpsisse Cedrenum notum est. Zonaram item usum esse Historia Leonis arbitror : vid. Ducang. ad Zonar. II, 107. Pagium quoque ex nostro non pauca videmus emendasse, a recentioribus in ratione temporum conturbata. Ita ab hac parte non injucunda erit studiosis historicisque hominibus comparatio scriptoris nostri cum reliquis qui eadem tradiderunt. Neque neget quisqam, res post obitum Romani Junioris in aula gestas (19 sq.), rebellionem Leonis Curopalatæ (90), bella Tzimiscæ per Orientem (98 sqq.) commode ab illo exponi, bellum Sphendosthlabianum fuse quoque ac diligenter. De Nicephoro perjurii reo, 25, satis magna libertate, de Tzimisce hujus percussore severe et fortiter scripsit, ut hominem recti honestique studiosum facile agnoscas. Denique Leonem, temporibus miseris et cæcis ad historiam se conferentem, inique compares cum pronuntiatoribus rerum gestarum florente Græcia, qui curriculum nacti felicius, aurea orationis facultate usi toti terrarum orbi atque omnibus sæculis cognitionis et eloquentiæ clarissima lumina accendere potuerunt. Noster judicio, doctrina, genere dicendi, exprimere debui

Vide indicem v° *Agathias* Edit. Patr.

temporum suorum imaginem. Quapropter, modo lucem addat rebus ea ætate gestis (quod profecto facit), facile feramus eum astrologiæ fidem habuisse, 104, exiguam geographiæ notitiam prodere, 80, historiæ veteris, 92.—Polybii acumen miramur, Plutarchi litteras, copiam Strabonis. Qui tanti viri atque tales, præsidiis sapientiæ circumsepti, si errores deponere, lapsus vitare omnes non potuerunt, quis tam rudis est temporum Byzantinorum, qui Leonem id potuisse putet?

IX. Hunc igitur, illa virtute historica, quæcunque est, præditum, [XXII] conservavit nobis unus omnino codex Bibliothecæ Regiæ, signatus prius 2561, nunc 1712, olim in supellectile litteraria Raphaelis Tricheti du Fresne : qui causidici Burdigalensis filius, cum magno duceretur librorum acquirendorum studio, Hispanias Italiamque semel et sæpius regnante Ludovico XIII rege Christianissimo sic obierat, ut, inspectis passim hominum historicorum librariis, propriam bibliothecam locupletare inde conaretur. Is ex Italia hunc codicem in Galliam deportavit, testante Combefisio Origin. Cpol. 265. Deinde cum vita excessisset Trichetus, J. B. Colbertus, Ludovico XIV Magno ab intimis consiliis et generalis ærarii moderator, cujus immortalis vivit vivetque ob beneficia in Galliam collata memoria, emit de vidua in Bibliothecamque Regiam intulit omne Tricheti litterarium instrumentum. In quo erant libri impressi numero plurimi, muss. Latini et Italici plus minus C, Græci XL. Itaque in Bibliotheca publica collatus codex noster, Ducangio, Bandinio, reliquis, quos initio nominavi, innotuit. Constat vero foliis membranaceis 422, chartaceis octo, continens præter alia minoris momenti (vid. Catal. Codd. mss. Græcc. Bibl. Reg. II, 391) illa: 1.) Chronicon Simeonis Logothetæ maxima parte ineditum, a fol. 18 *verso* ad fol. 272 *rectum*; 2.) Leonis Diaconi Historiam, quæ nunc prodit, a fol. 272 *recto* ad 322 *rectum*; 3.) Michaelis Pselli Chronographiam tomis novem, item ineditam, a fol. 322 *recto* ad 422 *rectum*. Exaratum esse si minus XI, at certe XII sæculo forma litterarum demonstrat, haud absimilis illi quam Montefalconius protulit Palæogr. Græc. 291, n° VII, ut igitur nesciam quid in mentem venerit confectoribus Catalogi Bibl. Reg. II, 391, dicere, eum sæculo decimo quinto videri scriptum: nisi id de iis duntaxat intelligas, quæ in octo foliis chartaceis ad exstent. Ipse codex, tametsi non adeo multis profunde latentibus mendis scatet, habet tamen itacismos tot, quot in libris sæc. XII peraratis esse solent, ut videlicet ε et αι, η ι et ει, ο et ω, οι et υ, sæpius inter se confundantur, neque ita rarum sit, εἰς τὴν fol. 315 *recto*(ed. 95.) scriptum conspici sic, ἠςτὴν. Ejusmodi menda notavi interdum: plerumque, quando nihil habebant quod fidem receptæ lectionis labefactare posset, omisi. In summa, fateor non majorem me laborem suscepisse, quam eos sustinere necesse est, qui codice ex unico pendent in [XXIII] scriptore primum edendo. Ubi fere non potest, quin pars mendorum codicem contaminantium diligentiam vel minutissimam effugiat, nque ipsam editionem redundet. Ita quod erat reliquum tentavi, ut quæ possem, conjecturis, et comparationibus emendarem, collato Cedreno et Scylitze, qui complura ex Leone ad verbum in historias suas transtulerunt (vid. supra § VIII, infra 225): postremo, quæ ratio et doctrina præscribere videbantur, ea pro facultate in constituenda oratione Græca conatus sum præstare.

X. Libellum Περὶ παραδρμῆς πολου, *De velitatione bellica*, adhuc ineditum, secundo loco collocavi, ut historiam gestarum a Nicephoro Aug. rerum scriptio ejusdem jussu confecta exciperet. Quam non ab ipso Nicephoro litteris consignatam esse, quemadmodum Meursius existimabat (conf. Lambec. Comment. de Bibl. Cæs. VII, 433.), cum ex universo opere perspicitur, tum vero apertis verbis sub finem præfationis, 119, declaratur. Nec tamen, si de nomine scriptoris non habemus quod liqueat, de tempore quo confectus sit is Commentarius, dubitatio infinita esse potest. Ait auctor, quisquis est ille, a Nicephoro Phoca Imp. mandatum sibi esse, ut genus hoc bellandi scriptura persequeretur. Illum autem ob res bene gestas laudibus iis effert, quibus quemque memoriam ejus renovasse, superstite et imperante percussore ejus Joanne Tzimisce, vix est credendum. Etenim repentini homines, ac per scelus ad summa evecti, quo uberiores fructus patrati facinoris capiunt, eo vehementius ejus commemoratione commoventur. Ideo adducor ut credam, scripta ea demum esse sub Basilio et Constantino, rerum potitis a. 976. Accedit quod, quoties principis fit mentio, toties auctor numero plurali utitur: οἱ ἅγιοι ἡμῶν βασιλεῖς, 155. τῶν ἁγίων βασιλέων, 155, τῶν βασιλέων ἡμῶν ἁγίων, 154, quod in geminatum Basilii et Constantini imperium quadrare apte videtur. Habemus igitur in hoc libello perscriptam no-

titiam, quemadmodum sæculo x medio aut exeunte a Græcis vel administrabatur bellum in asperis Tauri, Antitauri, Amani locis, vel administrari debuisset. Ea una me permovit ratio, ut in volumen istuc reciperem opusculum, quod nisi pro commentario militari in expeditiones Phocæ Tzimiscæque a Leone expressas habere velis; alioquin facile fateor, neque rerum copia, neque auctoris doctrina, nedum elegantia dicendi, [XXIV] plus quam multa alia ejusdem ætatis, quæ editioni parata habeam, lucem commerere. Cavi certe, ut ne quid nimium a nobis in hac parte adjectum esse diceretur. Quatuor erant Codd., in quibus libellum hunc offenderam: I.) Regius 2437 fol. 371 *verso* — 409 *recto*; II.) Regius 2445 fol. 320 *recto* — 335 *verso*; III.) Codex N°. 26 Supplementi nostri, quem in eo modo indicavi littera B, modo siglo hoc, *Cod. suppl.*, ibi legitur is libellus fol. 171 *recto* - 172 *verso*; IV.) Palatinus N° 393, a. 1797 ex Urbe advectus in Bibliothecam, a. 1815 Romæ reportatus. E quibus in edendo secutus sum potissimum Cod. Reg. 2437: cujus ut folia in margine editionis annotavi, ita lectiones intelligi oportet, quoties *Cod. A*, sive etiam *Cod.* singulari numero, in ora ascriptum legitur. Ubi *Codd.* pluraliter, reliquos tres in subsidium vocavi, idque sæpe frustra: quippe erant tam depravati omnes, ut sententiæ complures, nisi aliqua magna medicina adhibita, constare omnino non possent. Ejusmodi locos ex conjectura emendare conatus sum: ita tamen ut, quotiescunque fieri posset, transpositis potius verbis quam mutatis, meo more nimium religiosus in exemplaribus sequendis, quam temerarius in corrigendis, esse mallem.

XI. Hujus autem auctoris, quisquis fuit, dicendi genus caret omnibus ornamentis, horridinque est ac præfractius. Sermonem vulgarem frequentat sæc. x jam plurimum a syntaxi elegantiore abfuisse demonstrant nominativi absoluti 123: Πλῆθος γάρ — 130. ὁρῶν — contra quam oportebat positi: genitivi absoluti item 123: μανθανόντων. — ὁρμήσαντος 150. ἐγγιζόντων. 159. διατιθεμένου· subjunctivus aoristi pro futuro usurpatus, ut 140, ἐκφύγωσιν, *effugient* (quod idem in multis præcipitatæ Græciæ scriptoribus usu venit: vid. Indic. s. v. *Conjunctivus*): ἐν perpetuo adhibitum pro εἰς 126, 127, 133, 152; σὺν constructum cum genitivo 158,. casuumque omnino crebra confusio. Neque is certe quemquam, ut Leonem fecisse demonstravimus, exprimit dicendo: simplicibus utitur nativisque verbis. Quare fuissem nimius, si in scrutandis fontibus imitationis tantum egissem satis, quantum ad Leonem egi. Notas præter oppido paucas, resecui: postrema fundetriginta capita, quæ habebat unus codex Palatinus, quod ab alio [XXV] auctore ad hoc opusculum adita existimabam, in præsentia prætermisi. Sunt autem ejusdem prope argumenti quo supra, ut ex titulis potest intelligi, qui sic se habent:

XXVI. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπληκεύειν ἐξ ἑτέρου θέματος λαὸν εἰς ἑτέρου θέματος ἢ τάγματος ἀπλῆκτον.

XXVII. Περὶ τῶν ἐν νυκτὶ ὀφειλουσῶν γέγνεσθαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ βιγλῶν.

XXVIII. Περὶ τῶν ὀφειλουσῶν γίγνεσθαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ βιγλῶν.

XXIX. Πῶς δεῖ σμικρύνεσθαι τὸ ἀπλῆκτον, ὁλοκλήρου τῆς πεζικῆς στρατιᾶς ὑπαρχούσης, τῆς ἱππικῆς ὀλιγοστῆς.

XXX Περὶ τῶν ιβ' ταξιαρχῶν.

XXXI. Ὅτι δεῖ, ἐπισφαλῶν καὶ στενῶν τόπων ἁπάντων (*a*), εἰς δύο διαιρεῖν ἅπασαν τὴν στρατιὰν ἰδικῶς ἀπληκεύειν.

XXXII. Περὶ τοῦ, ὁπόσον ἀριθμὸν ὀφείλει ἔχειν τὸ ἱππικὸν στράτευμα.

XXXIII. Πῶς δεῖ ποιεῖν τὴν ἐκ τοῦ ἀπλήκτου στρατοπέδου παντὸς ἀποκίνησιν.

XXXIV. Περὶ ὁδοιπορίας.

XXXV. Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ ποιεῖν, ὅτε γνωσθῶσι πολέμιοι ἐν νυκτὶ βούλεσθαι ἐπελθεῖν τῷ χάρακι.

XXXVI. Πῶς δεῖ ποιεῖν, εἴπερ ὁδοιπορούσης τῆς στρατιᾶς πολέμιοι μετὰ βαρείας δυνάμεως ταύτῃ ἐπέλθωσιν.

XXXVII. Περὶ τοῦ, εἰ απαντησεί στένωμα, ἢ γεφύρας καὶ ποταμοῦ βαθέως περαίωσις, τί δεῖ ποιεῖν.

XXXVIII. Περὶ τοῦ, μὴ ἐπάγεσθαι πλῆθος ἀργὸν ἐν τῇ πολεμίᾳ.

XXXIX. Περὶ τῆς ἁρμοζούσης πανοπλίας.

XL. Περὶ τοῦ, μὴ ἔχειν τοὺς εὐτελεστέρους τῶν ἀρχόντων σκηνάς.

XLI. Περὶ δουκατόρων καὶ κατασκόπων.

XLII. Περὶ διελεύσεως κλεισούρας μὴ κατεχομένης παρὰ τῶν πολεμίων.

XLIII. Περὶ κλεισούρας κατεχομένης ὑπὸ τῶν πολεμίων.

XLIV. Περὶ πολιορκίας.

XLV. Πῶς δεῖ φυλάττεσθαι τοὺς εἰς συλλογὴν χρειῶν ἀποστελλομένους, καὶ τοὺς νέμοντας τοὺς ἵππους.

(*a*) Fort. ἁπαντώντων.

XLVI. Πῶς δεῖ τροπώσασθαι τοὺς πολεμίους, τοὺς ἐνέδρας τιθεμένους κατὰ τῶν εἰς συλλογὴν χρειῶν ἐξερχομένων.

XLVII. Περὶ τοῦ, εἰ γνωσθῶσιν οἱ ἀρχηγοὶ τῶν πολεμίων μετὰ τῆς ὑπ' αὐτοῖς δυνάμεως κρύφα μέλλοντες ἐπιβουλεύσασθαι τῷ στρατοπέδῳ, ἢ τοῖς πρὸς συλλογὴν ἐξιοῦσιν ὑπουργοῖς.

XLVIII. Πῶς δεῖ νυκτὸς τῷ ἀπλήκτῳ τῶν πολεμίων ἐπελθεῖν.

XLIX. Πῶς δυνατόν ἐστι μετ' ἐπιτηδεύσεως τοὺς πολιορκουμένους πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐπισπάσασθαι, καὶ τραυματίσαι αὐτούς.

L. Περὶ τειχομαχίας.

LI. Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ τὸν στρατηγὸν δικάζεσθαι (*a*).

LII. Περὶ ἀδνουμίων.

LIII. Περὶ τοῦ διδάσκειν τὸν στρατὸν καὶ ἐθίζειν ἔτι ἐν τῇ ἰδίᾳ ὄντα, κατὰ τάξιν ἀπληκεύειν καὶ ὁδοιπορεῖν.

LIV. Περὶ τοῦ ὑπαλλάττεσθαι τὰς ἐκτελούσας τάξεις τὴν τοῦ σάκα διακονίαν, διὰ τὸν πολὺν κόπον τοῦ ἄρχοντος (*b*).

LV. Περὶ τῶν ὑποκειμένων δουλειῶν, ὅτι χρὴ πρὸ ἡμετέρας ταύτης λελογισμένης [l. ἡμέρας ταύτας λελογισμένως] τυποῦν καὶ διατίθεσθαι.

(XXVI) Ea, inquam, capita, qualiacunque sunt, et descripsi jampridem et Latine convèrti, ut in subsequenti aliquo volumine facile vulgari queant, si modo tanti videntur eruditis. Quorum judicium hac de re exquiro, meum nullum interponens.

XII. Jam quod ad interpretationem Latinam Historiæ Leonis attinet, locos versionis Combefisianæ in Criticis Pagi (vide supra pag. 637) servatos, nisi ubi manifesto lapsus erat, iisdem propemodum verbis in editionem meam retuli. Cujus rei unumquemque admonitum esse velim: ne, si quem in versione aut styli inconstantia, aut quippiam fortasse non satis pure atque amendate dictum offenderit, continuo id in reprehensionem vertendum putet. Nam erat Combefisius homo pius quidêm et in rebus sacris singulariter doctus, sed qui nunquam ab orationis asperitate mœstitiaque abesse potuit. Nobis quoque in universo volumine linguæ atque elocutionis cura (vereor) non tanta fuit, quanta esse poterat, fortasse etiam debebat. Sed veniam ejusmodi facilius dari posse existimo Byzantinæ historiæ studiosis, omninoque iis qui in scriptoribus medii ævi, nescio quid barbarum et inconcinnum sonantibus, cogitationem perdiu ponunt. Præterea bonorum scriptorum exemplum consecutus, vel in verbis ad religiones persuasionesque pertinentibus, ubi difficilimum erat, malui interdum aliquid audere potius, quam Latinam orationem multis Græcis vocabulis inquinare. (*Nomina rerum Græca quæ convertimus* ut Cornificii verbis utar, quarto Rhetoricorum), *ea remota sunt a consuetudine : quæ enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse usitata.* Designationes dignitatum, patriarcha, domesticus, drungarius, aliaque id genus, necessario retinui, tametsi ex nitidissimo Latinatis fonte haudquaquam profluxerint. Quas si (XXVII) quis aut nimia Romani sermonis religione silentio præterire, aut per circuitionem explicare voluerit, næ ille mihi imprudens, et cujus sententia minime standum sit, videtur judicandus. Versioni Leonis ad marginem exteriorem lectiones codicis sunt appositæ, sicubi vocem, a librariis manifesto corruptam, in textu recepi. Ubi dubitatio suberat, lectionem codicis in textu servavi, conjecturam meam adjeci in ora, si valde probabilem, præfixa littera *l.* hoc est *lege*, sin minus, præfixa *f. fortasse* (nam *forte* siquando impressum, est, id æquus lector oscitantiæ operarum ascribat.) In summa id egi, ut de suspicionibus meis, quam quæque probabilis sit sive vana, penes lectorem judicium relinqueretur.

XIII. Superest, ut de instituto adnotationis meæ, maxime ad Leonem, si qui vagatum me in iis latius atque deflexisse sæpenumero de via putent, apud existimatores harum rerum intelligentes et æquos paucis me purgem. Etenim intellexi tripliciter fieri posse, ut editoris in opere exsequendo sedulitas fautorem nostrorum benevolentiæ aliquatenus responderet. Uno modo, si scriptores ipsos, quales in membranis offendissem, sublatis tantum manifestis mendis, addita Latina versione, arbitrio eruditorum permitterem. Deinde, cum plurima essent nuper in Bibliotheca Regia, multa sui persint ad hanc diem, ad res Byzantinas quodammodo pertinentia, neque edita adhuc, neque unquam opinor (ut nunc sunt tempora) integra lucem visura, Vitæ Sanctorum, epistolæ fratrum devotorum, antistitum, patriarcharum, tractatus dogmatici, ascetici, polemici magno numero, annales quoque inediti, pervolutare ea studiose atque excerpere cœpi quidquid lucem afferre poterat annis sedecim qui a morte Constantini VII Porphyrogenetæ (15 Novembr. 959) ad Tzimiscem, 10 Januar. 976 veneno sublatum, effluxerunt, quorumque memoriam Leo complexus est. Ubi cum præcipue usui mihi fuerint historiæ duæ, altera Simeonis Logothetæ (vid. Harles. Bibl. Gr. VII, 685, *l.*), altera Julii Pollucis, hic facere non possum, quin Italicorum quoque eruditorum in me animum, quam singulari officio fuerit, gratus commemorem. Nam repentino

(*a*) Codex male, γυμνάζεσθαι.

(*b*) Sic codex : sed lecto capite malim finem tituli mutare sic : — κόπον, τοῦ ἄρχοντος, εἰ δυνατὸς, μένοντος αὐτοῦ.

anni 1815 tempore, cum statuæ, tabulæ, reliqua civitatum ornamenta Parisios olim convect (XXVIII) undique repetentur, accipit ut inter codices in Urbem reportandos esset Vaticanus 163, illam ipsam Julii Pollucis historiam complectens. Ibi cum intellexissent procuratores summ pontificis, me in conficiendis notis hoc codice ægre cariturum, perhumaniter negaverunt se com missuros, ut a se studiis meis obesset quidquam, permiseruntque ut usque ad editionem libri is codex Parisiis remaneret. Quocirca maximas gratias et ago et habeo viro reverendo atque ill. Marino Marni, ab intimo cubiculo summi pontificis, et archivi et apostolici Vat cani præfecto, cujus in hoc negotio eximia studiique plena officia erga me exstiterunt. Quod autem ejusmodi notionum historicarum ne sic quidem in hoc tomo permagna est accessio facta, non hercle penuriæ Bibliothecæ nostræ, sed paucitati annorum, quorum gesta tradit Leo (vide supra pag. 641, VI), tribui id velim. Ad Psellum, annorum plus centum 975-1060 memoriam persecutum, plurima ejusmodi inedita subjungere me posse te quibus vel stabilitur, vel emandatur, vel ratione multiplici amplificatur ejus narratio.

XIV. Atenin non me fugiebat, etiam ut cumulate officio meo hoc duplici nomine sa tisfacerem, tamen force ut sic neque ad litterarum Græcarum neque ad historiæ studium ita multos mei officii utilitas pertineret. Nam, cum omnino in studiis nostris, Græcis dic non sit maxima copia eorum qui, via trita relicta, interiores scrutentur ac recondita litteras, tum vero ex iis ipsis exquisite doctis quotus quisque est, qui lectionem scripto ris Byzantini ad subtiliorem cognitionem linguæ quidquam conferre putet? Historici autem homines pœne omnes vel ad veterum illorum prorsus antiquorum divinam memoriam, vel ad res nostra patrumque memoria aut subtilius et temperantius aut splendide ac mirabiliter gestas, vel certe ad origines populorum hodie vigentium illustrandas, cura omni studioque rapiuntur : pauci, iique ipsi invitius aut fastidiosius, annales excutiunt senescentis imperii ac ruituri. Quapropter per notas obtinere volui, ut paulo latius mea opera pateret, ad eosque ill pertineret qui alienores sint a rebus Byzantinis : ideoque de significatione vocum nondum satis definita parumve intellecta uberius passim disputavi in notis et fusius. Qua in re sæpius scriptorum Atticorum (XXIX) rationem habere potuissem, fortasse etiam debuissem. Verum ego in judicio (dicam enim non reverens in re obscura gloriandi suspicionem): quod in quoque plurimum est, hoc ipsum is potissimum conferre debet ad locupletanda communia studia nostra. Jam vero post complurium annorum assiduum laborem, quo catalogum codd. Græcorum in Bibliothecam maximam Parisiensem recens illatorum ad finem perduxeram, post puerilem et primam adolescentiam in hoc studiorum genere positam, neminem esse scriptorem paulo illustriorem arbitror, neque sacrum, qui a temporis Theodosianis usque ad ruinam imperii Orientalis Græce scripserit, quem non ita tractarim, ut non aliqua ejus pars in memoria mea insideret. Scholia, catenas, paraphrases, commentaria, partim minus legi solita, partim omnino nondum edita, fieri non potuit quin ita pertractarem, ut eorum aliquam certe notionem caperem. Quamobrem, si passim ex Patribus scholiatis, rhetoribus, illustrare quæstiones aliquot, adhibere phrases, locupletare Lexica, notare errores quosdam superiore memoria commissos (ea ab æqualium censura, quæ mea natura est, omnino abstinui) conatus sum, non ideo id fecerim, quod hos recentiores scriptores ullo modo comparandos esse cum antiquioribus capitalibusque ita ducebam, quos nemo, opinor, est quin crebro regustare cupiat, in iisque acquiescat : neque quod meum studiorum genus proponere in exemplum aliis, adolescentibus præcipue, velim : sed quia in eo loco in eoque munere constitutus, ut tractare ejusmodi scripta cum ad voluntatem possem, tum pro officio debeam, id malui, quod alii minus commode possent, agere, quam quod isdem æque bene atque ego, aut etiam multo me melius.

XV. Accedebat, quod in Britannia novam editionem Thesauri Stephaniani parari audiebam, ad eamque locupletandam viros doctos editioni præpositos voces nondum in Lexica receptas undique aucupari. Quare vocabula, quibus adhuc, quantum scio, Lexica carent (enotavi autem multiplici lectione complura millia), passim subjunxi, gratificans Lexicographis potius, quam quod in ejusmodi verbis addendis magnum ponendum esse momentum, aut gloriandum putem. Egi id quoque, ut vocabula phrasesque præcipue ex scriptoribus illis sumerem, qui a [XXX] sæculo tertio ad Heraclium Aug. floruerunt: nam apud hos potius aliquid integri sanique remansisse credendum est, quam apud illos qui sæc. VII et deinceps fuerunt, usque ad captam urbem. Ab historicis illustrationibus plerumque me continui. Sunt qui materia a nobis parata recte utantur, scriptores probabiles multi, aliquot etiam summi, ut componendæ historiæ clara ipsi exempla, ita comparitarum optimi judices. Velut in Germania Fredericus Christophorus SCHLOSSERUS, qui libro paucos ante annos edito impetus imperatorum, Constantinopoli sanctorum imaginum infestantium, non minore acumine quam facundia felicissime exposuit. In Russia Nicolaus KARAMSIN, historiæ probatissimæ auctor, qua patrias antiquitates rara dicendi facultate mirabiliter illustravit : et cumprimis Philippus KRUG, cui jam superius debitas gratias meritasque egi, cujus in Tentamine critico ad illustrandam chronologiam Byzantinam, Petropoli 1810 (omitto alia ejus scriptas, quæ multa sunt), perfecta rerum tum Slavicarum tum septentrionalium cognitio, summa ratione consideratissimaque prudentia adjuta, excoxit, cujus [illegible]issimis observationibus in hoc quoque opere edendo non mediocriter

me adjutum esse nunquam dissimulabo. In Gallia, omni politioris litteraturæ et antiquitatis, omni scientiarum genere excellens, Ant. Joann. LEIRONNE, multis mihi nominibus charus, non modo ingenio splendidissimo, sed κριτικῇ quoque singulari atque exquisita præstans. Neque ibi post Ameilhonis, scriptoris politi, neque post lib. Bar. de Sainte-Croix, viri venerandi, obitum, neque in Britannia post Gibbonem vita functum, desunt alii summi doctrina summoque judicio homines, in exploranda scriptorum medii ævi fide exercitati. His ego, transactis jam meis partibus, Leonem historica ratione illustrandum, si velint, trado. Mihi satis fuit, materiam illis, non indignam facultate et copia ipsorum, subjicere, interimque, in opere sic versari, ut quædam otii mei exstaret ratio, indeque litteræ Græcæ aliqua ex parte locupletarentur. Id totum consilium factumque meum si a doctis probabitur, nullo alio decorari laborem meum præmio postulo, ad aliosque Byzantinos, simili ratione edendos, minus verecunde cunctanterque, quam adhuc feci, aggrediar. Habeo enim prelo jam pridem parata Michaelis Pselli Annales, Georgii Hamartoli Chronicon, Nicephori Gregoræ libros aliquot adhuc [XXXI] ineditos, sanctorum Vitas item ineditas, historiam sæculi decimi et deinceps sequentium illustrantes, Gregorii Palamæ libellum de captivitate sua ad Thessalonicenses, aliaque id genus, quæ ut primo quoque tempore in lucem prodeant, rebus Byzantinis, Slavorumque Turcarum priscæ historiæ novam lucem allatura, fautorum hujus operis singularis munificentis sperare nos jubet.

Aspasius, Demetriani, critici et mathematici F., Ravennas, sophista, temporibus Alexandri Mammeæ scripsit πρὸς τοὺς φιλολοιδόρους καὶ πρὸς Ἀρίστωνα, *adversus maledicos et Aristonem varias orationes.* Audivit Pausaniam et Hippodromum, et artem rhetoricam Romæ docuit, ubi diu clarus fuit.

Astramsychus, scripsit βιβλίον ἰατρικὸν εἰς ὄνων θεραπείαν, *librum veterinarium de asinorum curatione*, et ὀνειροκριτικὸν, *de interpretatione somniorum.*

Astronomiam inter Babylonios primus invenit Zoroastres et post eum Hostanes, qui ex genitura et motu cœli fata hominum nascentium observare cœperunt. Ab his Ægyptii et Græci doctrinam illam accepere, qui nascentibus itidem themata notabilia assignant.

Astyages, grammaticus, scripsit *artem grammaticam. De dialectis. De metris* κανόνας ὀνοματικοὺς, *regulas nominum; commentarium in Callimachum.*

Astyanassa, scripsit περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν. Eam imitatæ Philænis et Elephantine.

Astydamas, senior, filius Morsimi et nepos Philoclis, tragicorum, tragicus et ipse, Atheniensis, scripsit tragœdias CCXL, vicit XV. Antequam ad tragœdias scribendas se conferret, audivit Isocratem.

Astydamas, junior, prioris filius, tragicus, cujus dramata Ἡρακλῆς σατυρικὸς, Ἐπίγονοι, Αἴας μαινόμενος, Βελλεροφόντης, Τυρὼ, Ἀλκμήνη, Φοῖνιξ, Ἡλαμήδης.

Athenæus, Naucratita, grammaticus, qui Marci imp. tempore vixit, scripsit librum qui inscribitur Δειπνοσοφισταὶ, etc.

Athenodorus, stoicus philosophus sub Octaviano imp., etc.

Athenodorus, junior, omnibus ad philosophiam subsidiis ab ingenio et recta animi voluntate in-

structus erat, Procli tempora, et perspicue discipulis suis scriptores explicabat. Hunc Sallustius dixit similem igni, omnia propinqua incendenti. Persuasit tamen ei ne philosophum se profiteretur.

Atlas, quem fabulæ ferunt cœlum et terram humeris gestare, etc.

Atticus, CPolitanus post Arsacium, Chrysostomi successorem, episcopus, Sebastiæ in patria a monachis Macedonianis, qui ex Eusthatii, episcopi, schola prodierunt, institutus, postea ad catholicam Ecclesiam se transtulit. Eruditus nec minus præstans pietate ac prudentia in veterum libris multum operæ posuit, noctes insomnes in eorum lectione traducens; proinde philosophorum ac sophistarum sermonibus, tanquam re nova, minime terrebatur. In presbyterii adhuc constitutus gradu, orationes, a se compositas, quas memoriter didicerat, in ecclesia recitabat. Postea ex tempore loqui et panegyricam concionandi rationem sectari cœpit, nec tamen sermones ejus vel plausu excepti vel scripto mandati, etc., e *Sozomeni* histor. eccles. VIII, cap. 27, et *Socratis* hist. eccles. VII, cap. 2.

Augarus, Edessæ rex, qui Trajani imp. temporibus vixit, eique, Edessam venienti, dona obtulit.

Augeas, Atheniensis, mediæ comœdiæ poeta. Ex ejus dramatibus sunt: Ἀγροικος, *agrestis*, Πορφύρα, *purpura*, δὶς κατηγορούμενος, *bis accusatus*.

Augustus, Cæsar Octavianus, ὁ σεβαστὸς, scripsit περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῶν πράξεων, *de vita sua et rebus gestis libros XIII*, itemque *tragœdias Ajacem et Achillem*. Census instituto reperit τὴν Ῥωμαίων, Romanam ditionem inhabitari ab hominibus 410 1017, etc. Facto sacrificio Pythiam interrogavit, qui post ipsum imperaturus esset? Illa vero respondit:

Παῖς Ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων
Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι.
Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων γε (55).

Hinc Augustus oraculo egressus, in Capitolio aram erexit eique litteris Latinis inscripsit: *Hæc est ara primogeniti Dei.* [Sed fides sit penes auctorem.]

Aulus Postumius, poema et grammaticam historiam Græce scribere ausus, in proœmio veniam a lectoribus postulavit, si civis Romanus Græcæ dictionis elegantiam, et congruentem compositionem non fuisset assecutus, quod ei versum vitio est, etc.

Ausonius, sophista, epistolas et alia quædam ad Nonnum scripsit.

Αὐτὸς ἔφα, de Pythagora dictum.

Auxentius, confessor, ex Licinii notario episcopus Mopsuestenus, frater Theodori, Athenis eruditi, qui factus est Tarsensis episcopus, etc.

(55) h. e. *Me puer Hebræus diis beatis imperans, hanc ædem relinquere, et ad orcum redire jussit. Abi igitur nunc silens ab aris nostris.* Kuster vero tom. I, pag. 377, id oraculum metri causa rectius sic legendum esse putat:

Ἑβραῖος κέλεταί με θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων
Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ὁδὸν πάλιν αὖθις ἱκέσθαι.

Conf. *imp. Cæs. Augusti temporum notatio, genus et*

A B

Babrias, vel Babrius versibus choriambicis fabulas scripsit *libris decem*, Æsopias ex prosa in metrum transferens.

Babylas, episcopus Antiochenus, Numeriano Decio, ecclesiam ingredi cupienti, restitit, et tribus pueris fratribus alacriter subiit martyrium.

Bacchylides, Ceius, ex Julide, una quatuor civitatum Cei insulæ, Medonis F., nepos Bacchidis athletæ, cognatus Simonidis lyrici, et lyricus.

Bacis, vates, Philetas, Ephesius, tres Bacides fuisse dicit, unum ex Eleone, Bœotiæ, alterum Atheniensem (Pisistratum), et tertium, Arcadem, e civitate Caphya, qui et Cydas et Aletes vocatus B fuit, etc.

Basilicus, sophista, scripsit περὶ τῶν διὰ τῶν ὀνομάτων σχημάτων, *de dictionum figuris*, περὶ ῥητορικῆς παρασκευῆς, ἤτοι περὶ ἀσκήσεως, *de rhetorico apparatu sive de exercitatione*; περὶ μεταποιήσεως, *de metapœsi*, et alia quædam.

Basilius, Cæsareæ (quæ appellabatur olim Mazaca) Cappadociæ episc., Gregorii Naz. amicus, vir ἀνδρειότατος καὶ πάσης παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλυθώς. Scripsit plurima, in quibus maxime admirationi sunt, quas *in Hexaemerum* composuit, homilia II. Scripsit et insignes libros *contra Eunomium*, et *Spiritu S.* et librum *asceticum* et *de virginitate*, et *XL martyrum*, *Gordiique* et *Barlaami* et *Mamæ* laudes; item *in Psalmos varios* et *ethicos* sermones et *epistolas*, ὧν οὐδὲν ἄμεινον, ad *Libanium*, ad-C stam, *Gregorium Naz.* aliosque, etc. Habemus quatuor, Gregorium Nyssenum, Petrum Sebastenum et duos monachos.

Basilius, Ancyranus in patria episcopus, ex medicus, scripsit contra Marcellum *de virginitate* et alia non pauca. Hic, Constantii tempore, primum Macedoniæ sectæ fuit cum Eustathio Sebastenæ.

Basilius, Irenopolis Ciliciæ episc., tempore Anastasii imp., scripsit contra Archelaum, Colonæ presbyterum. FABR.—Kuster I, pag. 420, ex Danielis notis ad Basilium Seleuciensem, pag. 317, observat, in bibl. Antwerpiana exstare Suidam, manu exaratum, qui quartum etiam, *Basilium Seleuciensem*, memoret his verbis: Βασίλειος ἕτερος Σελευκείας, ἑταῖρος Χρυσοστόμου, πρὸς ὃν ἐν τοῖς περὶ ἱερωσύνης D λόγοις διαλέγεται. HARL.

Bassarica sive Διονυσιακὰ scripsit *Soterichus*, qui Diocletiani vixit temporibus.

[Batton, sive Baton, comicus: cujus *fabulæ* sunt Συνεξαπατῶν (ex hoc autem Suidæ loco docet

scriptorum fragmenta (primum a Jano Rutgersio collecta, nunc locupletiora), *præmittitur Nicolai Damasceni liber de institutione Augusti, cum versione Hug. Grotii et Henr. Valesii notis curante J. Alb. Fabricio.* Hamburgi 1727, 4, pag. autem 190, seq. de commentariis Augusti, de sua vita. HARL.

(56) Cæteræ tres sunt Carthia, Coressia sive Corissia et Pœcessa.

aster, apud *Athen.* qui mentionem facit hujus fa- A *gathus* vocatus, religione Judæus. Libros scripsit
ulæ, lib. XV, p. 678, pro Κάτωνι rescribendum quamplurimos, *contra Phryges*, duos. *Eclogam vo-*
se Βάτωνι·) Ἀνδροφόνος· Εὐεργέται. HARL.] *cum elegantiorum* secundum ordinem alphabeticum.
« Comparationem Demosthenis et Ciceronis. Quæ-
Batalus (mollis) dictus est Demosthenes in ju- « nam sit differentia, si quis imitetur Atticos vel Asi-
entute, senex *argas*, serpens callidus. « anos. De charactere decem oratorum. Comparatio-
« nem Demosthenis et Æschinis. De Demosthenis
Bessus, Corinthius, pseudophilosophus, cujus « orationibus germanis et spuriis. De iis quæ ab ora-
onvicia Apollonius Tyanensis epistolis et sermo- « toribus vel secundum vel præter historiæ veritatem
ibus compescuit. « dicta sunt. » Item alia quam plurima. Miratur Sui-
das, Judæum rerum Græcarum adeo peritum fuisse.
Biantis, Prienensis, δίκη, in causis orandis pro- Τοῦτο δὲ θαυμάζω, πῶς Ἰουδαῖος σοφὸς τὰ Ἑλληνικά.
itas conjuncta cum summa eloquentia. Hipponax: Cæsar Augustus, cognomento Octavianus, *de vita*
ικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρείσσων. *propria rebusque a se gestis* libros XIII scripsit. [V.
supra ad voc. *Augustus Cæsar.*]
Βίβλοι Θεοῦ, per libros Dei intelligitur ejus cogni-
io et perennis memoria. Psalm. CXXXIX, 16. Cæsar Tiberius, scripsit *epigrammata* et *artem* B
rhetoricam.
Bolus (Βῶλος), Democriteus philosophus, scripsit
στορίαν καὶ τέχνην ἰατρικήν, in qua agitur de sa- Cæsarius, Gregorii, Theologi, frater, scripsit va-
ıationibus morborum quæ ab occulta naturæ vi ria, itemque *contra Græcos.*
rofliciscuntur.—Ab hoc diversus est apud Suidam
Bolus, Mendesius, Pythagoreus, qui scripsit περὶ Caianus, Arabs, sophista, discipulus Apsinis, Ga-
τῶν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱστοριῶν εἰς ἐπιστασιν darensis, vixit Maximini et Gordiani temporibus,
ἡμᾶς ἀγαγόντων, « de utilitate, quam ex lectione his- scripsitque περὶ συντάξεως, *de contructione li-*
« toriarum capimus ; περὶ θαυμασίων, de rebus mi- *bros V* ; item *artem rhetoricam* et *declamationes.*
« rabilibus ; φυσικὰ δυναμερά, de remediis physicis ; Idem eloquentiam Beryti docuit.
« περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν, de sympathiis et
« antipathiis ; περὶ λίθων κατὰ στοιχεῖον, de lapidibus Caius Julius Cæsar, primus Romanorum imp.,
« secundum ordinem alphabeticum ; περὶ σημείων scripsit *metaphras in Phœnomenorum Arati*; et *artem*
« τῶν ἐξ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄρκτου καὶ λύχνου καὶ *grammaticam* Latine ; item *de vita propria.* Lege
« ἴριδος, de signis quæ ex inspectione solis, lunæ, lata potestatem dedit servis dominos accusandi,
« ursæ, lucernæ et iridis observantur. » etc.

Brachman, rex, qui regioni nomen dedit, scri- Caius Cæsar, cognomento Caligula, *artem rhetori-*
psit leges Brachmanum et de ejusdem gentis rep. *cam* Latine scripsit.
idiomate vernaculo.

Brachmanes, gens religiosissima, multasque opes C Calanus, Indus, unus ex Brachmanibus (sic
possidens et habitans insulam Oceani, quam Deus quemvis sapientem Indi vocant), in cujus honorem
ut sortem illis attribuit. Eo cum pervenisset Ale- Alexander Magnus funebres ludos instituit, et vini
xander Macedo, columnam erexit, cui hæc verba fecit potores bibendo inter se certare jussit propter In-
inscribi : Ἐγὼ μέγας Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἔφθασα dorum vinositatem. Hic ad omnes quæstiones
μέχρι τούτου, *Ego magnus Alexander, rex, huc usque* Alexandro apte respondit.
perveni, etc.

Callicas, Atheniensis, comicus, Lisimachi F. Fa-
Brutus, dux exercitus apud Romanos, scripsit bulæ ejus sunt Αἰγύπτιος, Ἀταλάντη, Κύκλωπες,
epistolas, et *epitomen historiarum Polybii.* Ejus Παῖδῆται, Βάτραχοι, Σχολάζοντες.
stylus et character epistolarum valdo probatur.

Callias, Syracusanus, in historia Agathocli, mu-
Βοιώτιος νόμος, cantilena Bœotica, proverbium neratori suo, adulatus, quem omnia divina et huma-
de iis qui initio quieti sunt, postea vehementes se na jura violasse non ignorabat, eum pietate et hu-
præbent. manitate omnes mortales antecelluisse scripsit,
etc., *e Diodoro Siculo.*
C

Callimachus, Batti et Mesatmæ F., Cyrenæus,
Cadmus, Pandionis F., Milesius, qui primus, ut D grammaticus, discipulus Hermocratis Jasensis,
aiunt, historiam oratione soluta scripsit, Orpheo grammatici, uxorem habuit Euphratis, Syracusani,
paulo junior : *Origines Mileti et totius Ioniæ li-* filiam : sororem, Megatimam, cujus filius fuit Cal-
bris IV. Hunc aiunt primum litteras in Græciam in- limachus junior, qui *de insulis* oratione ligata scri-
tulisse, quas primi Phœnices invenerunt. psit Quamplurima omnis metri genere et soluta
oratione composuit, ut libri ejus numerum octingen-
Cadmus, Archelai F., Milesius, historicus, junior torum superent. Litteras docuit in exiguo vico Ale-
(Lycius forsan est alius) ; scripsit λύσιν ἐρωτικῶν xandriæ, Eleusinæ, donec commendaretur Ptole-
παθῶν, *remedio amoris libris XIV*, *Historias atticas* mæo Philadelpho. Vitam produxit usque ad Ptole-
libris XVI. mæum Evergetem, qui regnum suscepit olymp.
CXXVII, 2. Ex scriptis ejus sunt : Ἰοῦς ἄφιξις, « *Jus*

Cæcilius, Siculus Callantianus (56), rhetor, Ro-
mæ eloquentiam docuit ab Augusti temporibus ad
Adrianum, ex servitute manumissus et antea *Archa-*

(56) V Kusteri not. ad h. l. Suidæ II, pag. 285. HARL.

adventus. Semele. Argorum origines. Arcadia. Glau- ... Tragædiæ. Comœ- ... (quo obscuro ... in Apollonium, ... suum), « Mu- ... in quavis discipli- ... scripserunt, libris ... in comœdias et ... secundum seriem ... inusitata- ... apud singulas ... insularum et urbium, no- ... fluminibus Europæ. ... De mutatis ... De flu- ... quæ in ... ranea. »

... Megarina. Calli- ... poeta epicus, ... scripsit

... cognominatus, so- ... Arabicus, sed ... Scripsit ad ... dictionem ad ... historiæ libros X. ... Romanorum ... et

... quidam ... tres ... doctrinam

Carica Musa ... lebant enim ... carmina ... Quidam ... Cares barbari ...

Carneades ... philosophus ... nam de ...

Carneades alter ... xagoræ discipulus.

Casius Jupiter. — Casii ... dam solertia nodos implicare ... laqueis connectentes. ... Suidas partem attulit epigrammatis ... in not. tom. II, pag. 249. post ... ex codice anthol. inedito ...

Castor, Rhodius, vel Galata ... Massiliensis, orator φιλορώμαιος ... rum nuncupatus. Hic, ducta ... (Rom.) filia, ab ipso cum uxore ... eum apud Cæsarem criminatus ... « criptionem Babylonis et catalogum ... « maris imperium obtinuerunt, libros ... « ἀγνοήματα, de iis, quæ a chronologis ... « runt : de argumentis oratoriis libros ... « dendi ratione ; de Nilo ; artem ... alia.

Cato, a Romanis dictus Demosthenes ... piano.

Cebes, Thebanus, philosophus, Socratis ... lus, cujus tres circumferuntur dialogi ... « Phrynichus et Tabula. ... « hæc continet narrationem eorum ... « feros fiunt. » Et alia quædam.

Cecidius, poeta dithyrambicus ... cujus meminit Cratinus Panoptis et ... (Nubibus).

Celsinus, Eudori F., Castabalensis ... scripsit συναγωγὴν πάσης αἱρέσεως ... « collectionem, in qua omnium sectarum ... « phicarum dogmata recenset. » ...

Cephalio sive Cephalo, Gergethius, ... toricus, qui fuit Adriani tempore, et ... principum invidiam relicta, in Sicilia ... Scripsit παντοδαπὰς ἱστορίας, variarum ... libros IX quos Musas inscripsit ... item declamationes rhetoricas et alia.

Cephalus, Atheniensis, orator et demagogus ... primus prooemia et epilogos composuit et ... vixit. Filia ipsi fuit Ea.

... phisodemus, Atheniensis, orator ... causarum patronus, Periclis adversarius ...

... sodorus, Atheniensis, tragicus ... tragœdiæ comœdiæ poeta ... Ἀντιλαΐς, Ἀμαζόνες, ...

... sodorus, qui ut bardus et stupidus ... stringitur. ...

... Ἀπολ..., ... Ἀντι... ... Mo...

... Me puer ... quere ... pag. 377, ... esse putat : ... καὶ ... καὶ ...

Conf. imp. Cæs. Augusti tempor...

Chæremon. comicus (57), ex cujus dramatibus A
at Τρευματίας, Οὐρεὺς, Ἀλφεσίβοια, Κένταυρος.
Ἰνυσος, Ὀδυσσεὺς, Θυέστης, Μινόαι.

Alius Chæremon, qui scripsit hieroglyphica.

Chærephon, Socrati maxime familiaris: hujus
illum scriptum exstare dicitur. Cum fratre graves
ercentem inimicitias monuit Socrates, nullum
am oculorum vel manuum aut pedum esse usum,
si concordes fuerint. *Ex Xenophonte*, lib. II. M. S.

Chæris, citharœdus, etc.

Chalcenterus dictus est Didymus grammaticus,
opter assiduum studium quod libris impendit:
unt enim super tria millia librorum eum scri-
isse.

Chaldæi, nomen gentis in astronomia exercita-
ssimæ. Χαλδαϊκὰ ἐπιτηδεύματα, etc.

Chanaan, a quo Chananæi, a Josua regione sua B
pulsi, qui deinde Africam incoluere, καὶ εἰσὶ
ἐχρι νῦν αἱ τοιαῦται πλάκες, ἐν τῇ Νουμιδίᾳ
περιέχουσαι οὕτως· Ἡμεῖς ἐσμεν Χαναναῖοι, οὓς
ἔλωξεν Ἰησοῦς ὁ λῃστής.

Charax, Pergamenus, sacerdos et philosophus,
e quo epigramma vetus, Suidæ lectum. Scripsit
Græcarum historiarum libros XL. Secundo libro
neminit Augusti, ut imperatoris, jam olim de-
unctι; et libro septimo Neronis et eorum qui post
illum imperitarunt.

Charax, Sapphonis frater.

Charetis pollicitationes de iis, qui facile quidvis
pollicentur, ut Chares quondam dux Atheniensium.

Charmus, Syracusanus, in singula obsonia, quæ
convivis apponebantur, versiculos et proverbia in C
promptu habebat (quæ apud Suidam sequuntur,
jam fuere supra, v. *Athenæus*), sunt autem hæc:
Clearchus, Solensis, poema illud Δεινολογίαν vocat
alii Ὀψολογίαν, Chrysippus Γαστρονομίαν, alii
Ἡδυπάθειαν.

Charon, Lampsacenus, Pythoclis F., qui tempore
primi Darii floruit olymp. LXXV historicus.
Scripsit *Æthiopica*, *Persica libris II. Græca libris IV*
De Lampsaco libris II. Libyca. Fines Lampsacenorum libris IV. Prytanes sive *Archontes Lacedæmoniorum*, quod est opus chronologicum. *Origines urbium*, *libris II*, *Cretica libris III*, in quo opere etiam leges, a Minoe latas, refert. *Navigationem circa oram maritimam extra columnas Herculis.*

Charon, Carthaginensis, historicus, scripsit de D
tyrannis, quotquot in Europa et Asia fuerunt;
vitas illustrium virorum libris IV, mulierum item
vitas libris IV.

Charon, Naucratita, historicus. Scripsit *de sacerdotibus Alexandrinis et Ægyptiis* et res sub unoquoque gestas. *De regibus*, qui priscis temporibus in unaquaque gente fuerunt. *De Naucrate*; item alia quædam *de Ægypto*.

Chemia, sive ars conficiendi argenti et auri. Diocletianus, Ægyptiis infestus, libros de chemia, a veteribus scriptos, perquisivit et igni tradidit, ne ex arte hujusmodi illis opes, et ex opibus fiducia rebellandi posthac suppeteret.

Χῆνα ὀμνύναι, *per anserem jurare*. Ne ad omnes res nomen Dei adhiberetur, Rhadamantus per anserem et arietem jurare jussit, non, ut quidam, Socrates.

Χιάζειν, *Chios imitari*. Praxidamas, Democratum, Chium, et Theoxenidem, Siphnium, ait, primos poemata, pacta mercede, conscripsisse πρώτους ἐπὶ χρήματος τάξαι ἰδίαν ποιήσιν. *Ex Isocrate ad Idotheam.*

Chilo, Damageti F., Lacedæmonius, unus septem sapientum, fuit breviloquus. Quare Aristagoras, Milesius, hunc modum dicendi *Chilonium* appellat.

Chionides, Atheniensis, comicus antiquæ comœdiæ, cujus aiunt principem fuisse et octo annis ante bellum Persidum fabulas docuisse, e quibus sunt Ἥρως, Πτωχοὶ, Πέρσαι ἢ Ἀσσύριοι.

Chiron, Centaurus, qui primus medicinam herbariam invenit. Scripsit ὑποθήκας, *præcepta*, versibus, ad Achillem. Item Ἱππιατρικὸν, *Medicinam veterinariam;* quare etiam Centaurus est appellatus.

Cœrilus, Atheniensis, tragicus, qui olymp. LXIV in scena certare cœpit, docuit fabulas CL, vicit XIII. Hic, ut quidam tradunt, et larvarum et vestitus scenici primus auctor fuit.

Chœrilus, Samius, vel Jasensis, aut Halicarnassensis, æqualis Panyasis et adolescens jam Persici belli temporibus, olymp. LXXV. Idem servus fuisse traditur Samii cujusdam, forma pulcherrima præditus: et Samo profugus cum Herodoto, historico, operam daret, litterarum et eloquentiæ amore captus fuisse: cujus etiam amasium fuisse dicunt. Animum ad poeticam appulit et in Macedonia obiit apud Archelaum, tunc ejus regem. Scripsit *victoriam adversus Xerxem* reportatam ab Atheniensibus, pro cujus poematis singulis versibus aureum staterem accepit. Decretum insuper fuit, ut poema illud cum Homeri carminibus recitaretur. *Lamiaca*, et alia quædam ejus poemata circumferuntur.

Choriambicis versibus Æsopias fabulas scripsit libris X Babrias seu Babrius, de quo supra.

Χορικὸς, *chori dux et magister*. Talis fuit Agathon, qui histrionica carmina, ὑποκριτικὰ μέλη D composuit, et ipse histrionem in scena egit (infra in *Myrmex*).

Χορὸν δίδωμι, *chorum do*, idem valet ac gloria excellere ac vincere. Nam apud Athenienses comici et tragici poetæ chorum impetrabant non omnes: sed clariores dignique habiti, postquam artis suæ specimen edidissent.

Χορὸς, in ecclesiis cantantium cœtus. Ecclesiarum chori divisi fuere in duas partes tempore

(57) Imo *tragicus*. Eum quidem Athenæus XIII, p. 562, expresse nominat tragicum, et nomina fabularum quoque testantur. *V.* Kusler 561. HARL.

Constantii, Constantini M. filii, et Flaviani, episcopi Antiochiæ, bifariam Davidis Psalmos canentes. Qui mos (antiphonarum), Antiochiæ primum cœptus, totum terrarum orbem postea pervasit.

Chosroem, regem Persarum, deprædicant supra ipsius meritum non tantum Persæ, sed et nonnulli Romanorum, ut litterarum amatorem quique ad philosophiæ nostræ culmen evaserit, eum ei Græcanica scripta ab interprete quodam in Persicam linguam essent conversa, ita ut Aristolelem melius edidicerit, quam Demosthenes Thucydidem, et Platonicis dogmatibus totus esset refertus, ut nec Timæus ejus intelligentiam effugerit, nec Phædon nec Gorgias, etc. *Ex Agathia.*

Christodorus, Panisci F., ex Copto urbe Ægypti, poeta epicus, Anastasii imp. temporibus. Scripsit *Isaurica libris VI*, sive de Isauriæ expugnatione, ab Anastasio facta; Πάτρια sive *Origines CPolis*, versibus heroicis *libris XII. Origines Thessalonices libris XXV. Origines Nacles* prope Heliopolim, in qua sunt Aphaca. *Origines Mileti.* urbis Ioniæ. *Origines Trallium. Origines Aphrodisiadis. Ecphrasim* sive *descriptionem statuarum in gymnasio Zeuxippi*, et alia multa.

Chrysanthius, Sardianus, philosophus, quem Julianus per litteras arcessivit. Ille vero suo loco mansit, a vana gloria alienus et divino nutu omnia faciens. *Ex Eunapio.*

Chrysippus, Apollonidæ F., Solensis, vel Tarsensis, philosophus, discipulus Cleanthis, post quem Stoicæ scholæ præfuit, et obiit ætatis anno LXXIII, ob haustum avidius merum vertigine correptus, vel, ut alii, ob nimium risum olymp. CXLIII. Conscripsit libros plures quam DCC philosophicos, historicos et grammaticos. Sophismata quædam Chrysippi Suidas affert e Laertio.

Ad Chrysogonum confessorem epistolas duas Anastasiæ martyris, a Publio, suo marito, idolorum cultore, liberari cupientis, una cum Chrysogoni responsionibus Suidas ascribit integras, de quibus confer Menagiana tom. IV, pag. 208, edit. Amst.

Cicilius, Argivus, poeta epicus, qui Halieutica scripsit versibus, ut Numenius Heracleota, Pancrates Arcas, Posidonius Corinthius, Oppianus Cilix: oratione vero soluta Seleucus Tarsensis, Leonides Byzantinus Agathocles Atracius.

Cimon, Miltiadis filius, etc., adde supra V. *Apsyrtus.*

Cinesias, poeta dithyrambicus, qui ob impietatem et injustitiam male audiebat.

Cinyras, filius Thiantis, regis Cypri, valde dives et artis musicæ egregie peritus.

Κειτούκειτος, Ulpianus, unus dipnosophistarum (apud Athenæum), ita dictus, quia de singulis vocibus solebat interrogare κεῖται ἢ οὐ κεῖται, *exstat, annon exstat,* (in probatis scriptoribus?)

Claudianus, Alexandrinus, poeta heroicus recentior, qui Arcadii et Honorii impp. temporibus vixit.

Cleanthes, Cassius, Phaniæ F., Assius, discipulus Cratetis, deinde Zenonis, cui etiam successit: gister Chrysippi, philosophi Solensis, et Ar- regis. Hic pugil antea, Athenas profectus, pa- phiæ amore captus est: laboriosus, ut alter cules diceretur, et φρεάντλης, quia, cum non ret, unde viveret, noctu mercede aquam haur interdiu disciplinis et libris vacabat. Scripsi rima.

Clearchus. Solensis, varia scripsit.

Clearchus, Ponticus, Athenas profectus e diendi **Platonis causa.** Sed in somnis vidi lierem, sibi dicentem: *Excede academia et philosophiam, qua frui tibi fas non est, infer vultu te intuetur.* Hinc in patriam rediit, d venit ad Mithridatem, denique Heracleotar rannus cum evasisset, crudeliter imperavit, bus, quales conspiciuntur in simulacris deor insolenter se induit, filium κεφαυνόν, *fulmen* pellavit. Interfectus a Chione, Leonide et Anhi discipulis Platonis philosophi.

Clemens, historicus, scripsit de Romanorum gibus et imperatoribus, et ad Hieronymum de L ris Isocraticis et alia.

Cleobius, nomen sacerdotis idolorum.

Cleobuline, Lindia, Cleobuli, *sapientis, fil* ἑξαμέτρων αἰνιγμάτων ποιήτρια, scripsit versu griphos et celebre illud ænigma in annum, qu incipit: Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δώδεκα, τ ἑκάστῳ παῖδες τριάκοντα.

Cleobulus, Evagoræ F., *Lindius,* unus sept Sapientum, viribus corporis et formæ præc excellens, qui etiam Ægyptiorum philoso tutus fuit. Scripsit ᾄσματα καὶ γρίφους εἰς τρισχίλια, *cantica et griphos versibus hexa ter mille.* Obiit senex anno ætatis LXX. Filia Cleobuline. Apophthegmata quædam (e Laer Suidas recitat et fragmentum ex epistola ad Sole nem.

Cleophon, Atheniensis, *tragicus,* ex cujus dra matibus sunt Ἀχαιῶν, Ἀμφιάραος, Ἀχιλλεύς, Βακχαι, Δεξαμενὸς, Ἡριγόνη, Θυέσται, Λυκάονες, Περσεῖς, Τήλεφος.

Cleoxenus et Democlitus scripserunt περὶ τυρρηνικῶν de facibus, quibus in bello signum ex composito datur. Horum opus Polybius, *Megalopolita,* cor- rexit, ut ipse in historia sua refert. [conf. Polyb. X, c. 39, et *Wernsdorf* ad Himerii *orat. de laudibus* urbis CPol. et Juliani Aug. a me editam, Erlangæ 1785, in-8, p. 60, sqq., nuperque *de hac re* disputatum est a *Bredow* in *Henningii* libr. mensuo: *Genius der Zeit.* M. Jun. 1797, p. 162 *sqq* de Telegraphia Græcor. et Romanor.]

Κοινὸν γραμματεῖον καὶ ληξιαρχικόν. Tabula communis dicebatur ea, in qua scribebantur nomina illorum, qui in curialium et familiarum nobilium numerum referebantur. Lexiarchica vero, *cui* inscribebantur illi, qui inter plebeios referebantur.

Coluthus, Lycopolita, Thebanus, *poeta epicus,*

mporibus Anastasii imp. Scripsit Chalydonica bris VI ; Encomia versibus heroicis, et Persica.

Corax, Syracusanus, rhetorices inventor: in unc et ejus discipulum, Tisiam, dictum fuit: *Tali corvi malum ovum.* Confer Suidam in Κακοῦ ὄρακος.

Corinna, Thespia, lyrica, quam alii Corinthiam uisse dixerunt, scripsit nomos lyricos.

Corinna, junior, Acheloodori et Procratiæ filia, hebana, vel Tanagræa, discipula Myrtidis, Myia ognominata, lyrica, quæ quinquies, ut ferunt, indarum vicit. Scripsit (carminum) libros V, temque epigrammata et cantica lyrica.

Corinus, Iliensis, poeta heroicus (Homero, ut uidam putant, antiquior), qui primus *Iliadem* cripsit, durante adhuc bello Trojano. Palamedis iscipulus, Doricis litteris a Palamede inventis opus suum) exaravit. Scripsit etiam bellum Dardani adversus Paphlagonas: ut Homerus totum oematis sui argumentum ab eo sumpserit.

Cornelius, episcopus, qui a Novati communione recessit.

Cornutus (58). Duo Romani historici fuerunt, Titus Livius, cujus celebre et illustre est nomen: et Cornutus. Cornutum divitem multi audiverunt assentationis causa et propter hæreditatis spem: Livium pauci, sed præclari. Livium omnes jam norunt, Cornutum nemo fere.

Cornutus, ex Lepti, Africæ oppido, philosophus Romæ vixit temporibus Neronis et ante eum: interfectus cum Musonio. Scripsit multa philosophica et oratoria. V. Kusteri not.

Cothurnus vocabatur Theramenes Atheniensis rator, Prodici, Ceii, discipulus. Dicitur autem de omine versatili et levi. Hic enim et XXX tyrannis et populo favebat. Infra in Δεξιός.

Crates, Atheniensis (veteris comœdiæ), comicus, Epilyci, poetæ epici, frater. Comœdiæ ipsius: Γείτονες, Ἥρωες, Θηρία, Λαμία, Πεδῆται, Σάμιοι. Scripsit et oratione soluta nonnulla.

Crates, Atheniensis, comicus alter, etiam ipse ex veteri comœdia, cujus tres circumferuntur fabulæ. Θησαυρός, Ὄρνιθες, Φιλάργυρος.

Crates, Ascondæ F., Thebanus, philosophus cynicus, discipulus Diogenis et Brysonis, Achæi. Nuptias suas cum Hipparchia Maronitide κυνογαμίαν, *canum matrimonium* appellavit, ex quo suscepit Pasiclem. Vixit Olympiade CXIII. Cognominatus Θυρεπανοίκτης, quod in cujusvis domum audacter ingrederetur. Scripsit philosophica, etc.

Crates, Timocratis F., Mallotes, philosophus Stoicus, cognominatus Homericus est criticus ob studium rei grammaticæ et poeticæ: æqualis Aristarchi, grammatici, tempore Ptolemæi Philometoris. Scripsit *correctionem Iliadis et Odysseæ libris IV*; (περὶ λιμένων, laudante id opus Eustath. ad Odyss. I, pag. 1613. 39), et alia.

Cratinus, Callimedis F., Atheniensis, comicus antiquæ comœdiæ, λαμπρὸς τὸν χαρακτῆρα, genere dicendi splendido usus, etc. Scripsit fabulas XXI; vicit novies.

Creophylus, Astyclis F., Chius, vel Samius, poeta epicus. quem nonnulli Homeri generum fuisse aiunt alii amicum tantum, a quo, cum hospitio eum excepisset, poema Οἰχαλίαν ἅλωσιν, *Oechaliæ excidium* acceperit. V. Kusteri not. II, p. 273.

Criton, Atheniensis, philosophus, Socratis discipulus et amicus, omnia ipsi largitus est necessaria. Scripsit *Socratis defensionem.*

Criton, qui Getica scripsit.

Criton, Naxius, historicus, scripsit *Octaeteridem*, quam Eudoxi dicunt esse.

Criton, Pieriotes, ex Pieria, Macedoniæ oppido, historicus. Scripsit *Pallenica. Syracusarum origines. Persica. Res Siculas. Syracusarum descriptionem. De Macedonum imperio.*

Ctesias, Ctesiarchi sive Ctesiochi filius, Guidius, medicus, curavit Artaxerxem Mnemonem, et scripsit *Persica*, libr. XXIII.

Ctesiphon, unus e decem qui cum Demosthene et Æschine legationem obiverunt. Alius, qui decretum de (aurea) corona, Demostheni danda, scripsit, contra quem exstat Æschinis oratio.

Κύκλια. Quæ unius ejusdem erant argumenti, cyclia vocabantur, ut cantica, hymni, prosodia et carmina, quæ in virgines canebantur.

Κυκλιοδιδάσκαλος. Cycliorum chororum magister. Primus Lasus, Hermionensis, cyclios choros instituit.

Κυκλίων τε χορῶν ῥαματοκάμπτας vocabant musicæ corruptores ac difficilem illam modulandi rationem, quam Phrynis introduxit, sectantes vel sophistas poetas dithyrambicos cycliorum chorum magistros, ut Cinesiam et Cleomenem et Philoxenum. Quod autem scripta illorum sub harmoniam non cadant, ideo flexus habent plures, quos musici vocant strophas et antistrophas et epodas. Quare etiam in tragœdiis chori sunt instituti.

Κυνήγιον, locus (CPoli) ubi statuæ quædam positæ, quarum unam, minime longam, sed valde latam et crassam, Theodoro, anagnoste, admirante, Himerius chartularius rogavit, quisnam Cynesium condidisset? tum ille: Maximinus condidit, Aristides vero dimensus est. Quo dicto, statua, ex alto delapsa, Himerium oppressit. Joannes quidam, philosophus, se scriptum, invenisse dixit, fore ut ab illa statua clarus vir opprimeretur. Itaque Philippicus imperator eam terra obrui jussit.

Cynismus, secta philosophorum, compendiariam ad virtutem viam se tradere et secundum *virtutem*

(58) Miror; ait Kuster not. II, pag. 350, unde hæc Suidas. Certe ex nullo, ut puto, scriptorum, qui quidem hodie adhuc exstant. Harl.

vivere profitentium, ut fuere Diogenes et Zeno, Citticus, etc.

Κύρβεις, tabulæ triangulares, in quibus leges de rebus sacris et civilibus et pœnæ maleficorum inscriptæ erant : ἄξονες, tabulæ quadratæ, in quibus leges de rebus privatis, etc. Asclepiades vero tradit, eas a Cyrbi quodam, qui sacrificiorum modum et rationem ad certas leges revocaverat, appellatas esse, ut auctor Phanias, Eresius (ita leg.). Vel nomen acceperunt a Corybantibus. Eorum enim inventum esse cyrbes, Apollodorus testatur. *Abacus* erat ingens, viri magnitudine, cui aptata erant ligna quadrata, quæ latera lata et litterarum plena habebant. Utrinque vero erant fibulæ, ferreæ, ut a legentibus moveri et versari possent, etc.

Cyrenaica secta initium duxit ab Aristippo philosopho.

Cyrillus, diaconus Heliopoli ad Libanum. Hic Constantini M. temporibus multa idola confregit. At Juliani ætate (inimici Christianorum), ventrem ejus dissecuerunt et jecus degustarunt.

Cyrus, Panopolita, poeta, a Theodosio juniore præfectus prætorii et urbis creatus est, fuitque consularis et patricius. Nam Eudocia, Theodosii conjux, amans poeseos, Cyrum in summo pretio habuit, quæ cum ab aula secederet et, in Orientem profecta, Hierosolymis commoraretur, Cyrus, inimicorum insidiis circumventus, Cotyæum, civitatem Phrygiæ, relegatus est, ut sacris ibi præesset, vitamque produxit usque ad Leonem imp. Conf. Reines. *Varr. Lection.* lib. III, pag. 561, et Kuster. ad Suidam II, pag. 402, not. 10.

D

Dædali opera. De egregiis artificibus dicitur, quod is primus simulacrorum oculos aperuit et pedes diduxit præter antiquiorum statuariorum consuetudinem.

Damascius, philosophus Staicus, Syrus, Simplicii et Eulalii, Phrygnm, amicus, floruit tempore Justiniani. Scripsit ὑπομνήματα, *commentarios in Platonem*, et περὶ ἀρχῶν, *de principiis*, et *historiam philosophicam*.

Damastes, Sigeensis, e Sigeo, civitate Troadis, Dioxippi F., vixit ante bellum Peloponnesiacum, æqualis Herodoti, homo ditissimus et historicus. Scripsit *De rebus in Græcia gestis. De parentibus* et majoribus eorum, qui expeditionem Trojanam susceperunt, libros duos. *Gentium et urbium catalogum. De poetis et sophistis*, et alia multa. Fuit Hellanici discipulus.

Damasus, episcopus Romæ, eleganti in versibus componendis ingenio præditus, multa eaque brevia carmina, metro heroico scripta, edidit et octogenarius Theodosii imp. iempore mortuus est, et alia multa.

Damianus, Ephesius, sophista, ab imp. inter consules relatus est et Bithyniæ porticum, quæ ab urbe Epheso ad templum pertinet, tholis ornavit.

Damis, vir non indoctus, veterem incolenum. Hic, apud Apollonium (Tyanensem) phatus, ejus peregrinationes descripsit, in quo quoque comitem ejus fuisse scribit : itemtentias et sermones et prædictiones ejus ejus, ut Assyrii, mediocris est : Græcæ tionis elegantia, utpote apud Barbaros carebat, etc.

Damocritus, historicus, *Tacticorum* libros scripsit. Idem *de Judæis*, in quo opere ait reum asini caput adorare, et septimo quoque peregrinum captum sacrificare et interficere, ne ejus minutatim dissecta.

Damophilus philosophus et sophista (Bithyn. alumnus Juliani, qui sub Marco imperator sul fuit. Scripsit multa, inter quæ in bibliothæc a me reperta sunt : *Philobiblus* liber de libris comparatu dignis ad Lollium Maxim. περὶ βίου ἀρχαίων, *de vita veterum* et alia plur.

Damostratus, histqricus. Scripsit *Italica libros XX.* Item περὶ τῆς ἐνύδρου μαντικῆς, *divinatione per aquam*, et alia miscellanea argumenti.

Damoxenus, Atheniensis, comicus. Ex eo σύντροφοι et ἑαυτὸν πενθῶν laudantur ab

C

Daphidas, Telmissensis, grammaticus, ejusque poesin mendacii arguit, negans Iliacæ expeditioni interfuisse. Idem cum rideret, ex Pythia rogavit, num equum esset? Responso igitur dato, celeriter passim jactavit, equum se nec habuisse nec fisse. Sed reversum Attalus, rex, præcidit sit ex loco qui Equus appellabatur, etc.

Datis, Persa, cum Græce loqui conaretur, χαίρω dixit χαίρομαι, jungens verba : χάρω χαίρομαι καὶ εὐφραίνομαι. Hinc Datismus accepit. (Pro solœcismo.)

Decius, Romanorum imp. Philippi successor edicto Christianos morti addixit, et, *ut deos* rarent, coegit.

D

Δηλίου κολυμβητοῦ, *Delii natatoris*. De obHeracliti libro rogatus Socrates, *Delium* esse oportere dixit, qui in illo non submergeretur scribitur ille ab aliis *Musæ*, ab *aliis de* Diodoto ἀκριβὲς ὁλόκισμα πρὸς στάθμην βίου, *vitæ ad normam dirigendæ ratio ; ab aliis* ἐθῶν, *regula morum* vel κόσμος τρόπων

(59) Φιλόβιβλος, πρῶτος περὶ ἀξιοκτήτων βιβλίων· sic in textu Græco legitur. Fabricius igitur post φιλοβιβλ. commode punctum delet, vertitque πρῶτος *liber unus*. Sed Kuster, quem punctum offendisse videtur, se fatetur non videre, quid voc. πρῶτος hic sibi velit. Deleto igitur voc. πρῶτος, locum sic legendum putat, φιλόβιβλος, ἢ περὶ ἀ βιβλ. atque in versione Latina illam *suam opin* nem secutus reddit : *Philobiblus sive de libris* paratu dignis. Præter ea adnotat, Telephum Per menum et Philonem Byblium libros *similis arg* menti conscripsisse. HARL.

ἁντων, *ornatus morum unius omnium optimi.*

:mades, Demeæ, nautæ, F., ex naupego et nauta
.egotia reip. tractanda accessit et contra Demo-
nem, Olynthiorum causam agentem, dixit, et
ıycratem, Olynthium, ab Atheniensibus igno-
ia notatum, decreto suo in integrum restituit.
istratus autem, a se gesti, rationes reddere
us ob metum urbe cessit, *nec ipse vestrum*, in-
(*Athenienses*), *nec mei estis domini.* Scripsit ad
ippum, filiumque ad eum misit. Decretum
que scripsit, ut Græci Philippo parerent. Idem
ugna Chæronensi captus est. Dimissus vero
ıtionem captivorum gratia obiit, quos Philippus
isit. Bis decretorum, contra leges factorum,
s peractus est. Remp. etiam sub Alexandro
sit. [Suidas plura in duobus, ut ita dicam, ar-
.lis de Demadis narrat scriptis et trium perse-
tur Demadum historiam.]

emades, Laciades, Atheniensis orator, natus
:ibicina et a superiore Demade, demagogo, ad-
atus, pater Demeæ, oratoris, periit in lacu Am-
politano, in quem ab Antipatro, Cassandri pa-
et Alexandri successore, conjectus fuit. [Conf.
ıra, vol. II, pag. 868 sqq.]

)emetrius, Phanostrati F., Phalerus (e Phalero,
·tu Atticæ, qui ante Phanus), philosophus Peri-
.eticus, qui philosophica, historica, rhetorica, po-
ca, itemque de poetis scripsit. Theophrastum au-
it et orator popularis Athenis fuit. Ob formæ
gantiam in adolescentia dictus Lampeto et Cha-
)blepharus, et ob amores Cleonis male audiit.
magnam postea potentiam gloriamque provec-
ı invidi artibus et dolis suis subruerunt. Athenis
:ur pulsus in Ægyptum venit et apud Ptole-
eum Soterem degens, morsu aspidis periit et in
efectura Busiritide prope Diospolin, in paludi-
s sitam, sepultus est.

Demetrius, cognomento Ixion, grammaticus
lramyttenus, Augusti temporibus Pergami vixit,
ripsitque *de verbis in* μι, περὶ ἀντωνυμιῶν, *de pro-
minibus. In Homerum* commentarium et *in Hesio-
ım.* Ixion dictus est, quod deprehensus esset in
rto, aureas bracteas simulacri Junonis Alexan-
:inæ subripere conatus; vel, quod Euripedeo Phi-
timo Ixionem, fabulam, abstulisset, vel, quod
ım Aristarcho, magistro, contendisset, ingratus,
:lut Ixion adversus deos, qui eum beneficiis af-
cerant.

Democedes, Calliphontis, qui Cnidi Æsculapii sa-
:rdos fuit, filius, Crotoniates, Æginæ artem me-
cam exercuit et uxorem duxit. Polycratem ty-
.nnum, pacta mercede duorum talentorum, cura-
t. Curavit etiam Darium ejusque uxorem, Atos-
ıa, per quam impetravit, ut in Græciam redire
bi liceret, etc. (*Ex Herodoto.*) Scripsit ἰατρικὸν βι-
λίον, librum medicum.

Democharès, Demosthenis ex sorore nepos, præ-
ıra et cæteris honoribus ornatus ab Atheniensibus,
:ste Polybio; Timæus tamen cum tanquam libidi-

A nosissimum et Botryis ac Philænidis commentarios obscœnitate sua superantem traduxit.

Democritus, Hegesistrati vel Athenocriti vel Damasippi F., vixit eo tempore, quo Socrates, circa Olymp. LXXVII vel LXXX. Abderita Thrax, philosophus et discipulus, ut quidam tradunt, Anaxagoræ et Leucippi: quin etiam, ut alii scribunt, Magorum et Chaldæorum in Persia. Adiit enim et Persas et Indos et Ægyptios et singulorum sapientiam addidicit. Deinde domum reversus, cum fratribus Herodoto et Damaste vixit. Præfuit et Abderitarum reip., qui honor propter sapientiam ipsi habitus fuit. Discipulus ejus illustris fuit Metrodorus Chius, cujus vicissim auditores fuerunt Anaxarchus et Hippocrates medicus. Idem cognominatus Σοφία, *sapientia*, et Γελασῖνος *risor*, quod inania hominum
B studia ridere soleret. Genuini ejus libri sunt duo, μέγας διάκοσμος, *magnus diacosmus*, et περὶ φύσεως κόσμου, *de natur mundi.* Scripsit etiam *Epistolas.* Athenas non adiit, etc. *e Laertio.* Morti vicinus circa Thesmophoriorum festum, ne ea luctu hoc soror ejus celebrare prohiberetur, panibus calentibus ad nares admotis vitam ad festum, usque produxit.

Demodocus, cantor.

Demophilus, episcopus CPol. rapidi vagique torrentis instar plurimum luti et sordium in sermonibus suis vehens, etc., *e Philostorgio.*

Demosthenes, Atheniensis, Demosthenis, gladiorum fabri, et Cleobulæ F., orator, populo Pæaniensis qui majore diligentia et studio, quam ingenii felicitate præditus fuit, ut auctor est Hermippus, etc.
C (Vide supra *Batalus.*) Ad studium eloquentiæ animum appulit, cum Callistratum, pro Oropiis dicentem, vidisset. Audivit Isæum, Isocratis discipulum, ususque est orationibus Zoili, Amphipolitæ, qui Athenis eloquentiam docuit, itemque Polycratis et Alcidamantis (Gorgiæ discipuli), et ipsius Isocratis. In eloquentiæ studio socios habuit Æsionem Atheniensem et Theopompum Chium philosophum. Præterea audivit Eubulidem dialecticum, et Platonem. Decessit in Calabria, quo præ metu Antipatri, regis Macedoniæ, fugerat, cum per Archiam, histrionem, vi abstrahendus esset, hausto in æde Neptuni veneno, quod in annulo circumferebat, postquam vixisset annos LXII, etc. Mortuo, statua Athenis in
D foro posita est, his verbis basi inscriptis: *Si pares animo vires, Demosthenes, habuisses, numquam Macedones armis Græciam subjungassent*

Εἴπερ ἴσην ῥώμην γνώμῃ, Δημοσθένες, εἶχες,
Οὔποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

Demosthenes, Mhrax, scripsit *metaphrasim Iliadis* oratione soluta. *Epitomen Damageti, Heracleotæ. De poetis dithyrambicis. Metaphrasim Theogoniæ Hesiodeæ.*

Δέρας, aureum vellus quod Jason cum Argonautis in Colchidem per Ponticum mare profectus, cepit abducta simul Medea, Æetæ, regis, filia, non f vellus, ut fabulæ ferunt, sed βιβλίον ἐν δέρμασι

γραμμένον, liber (60) in membranis scriptus, docens, quomodo arte chemica conficiendum sit aurum. Merito igitur prisci librum illum vocarunt aureum vellus, propter artem conficiendi auri in eo comprehensam.

Dexicrates, comicus, Atheniensis, cujus fabula ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι, *se ipsos decipientes*, memoratur ab Athenæo lib. III.

Δεξιος, καὶ φύσει θηραμένης. Theramenes, homo inconstans et tempori se accomodans, magister Isocratis, filius Agnonis, populo Steriensis (supra in *Cothurnus*). Eum trium horum suppliciorum aiunt auctorem (Athenis) fuisse, ut damnati vel vinculis ligneis constringerentur, vel cicutam biberent, vel exsilio multarentur. Videtur autem ex insula Ceo oriundus, nec Agnonis filius naturalis, sed adoptivus fuisse. Hunc Thucidides laudat.

Dexippus, Herennius. Dexippi F., Atheniensis, rethor temporibus Valeriani, Galleni, Claudii secundi et Aureliani, imperatorum Romanorum. V. Kusteri not. 7, tom. I, p. 524.

Dexippus, Cous, medicus, Hippocratis discipulus, qui, arcessitus ab Hecatomno, Carum rege, ut ipsius filios, Mausolum et Pixodarum, desperato morbo laborantes, curaret, eos ea conditione sanavit, ut bellum, quod tunc adversus Coos parabat omitteret. Scripsit De *re medica* librum unum, et *De præcognitionibus* duos.

Διαγνώμων αὐτοφυὴς, ipso naturæ instinctu discernere valens animata simulacra a cassis et numine inanibus, *Heraiscus*. Confer in Ἐπιφάνιος Εὐπρέπιος Ἡραΐσκος (*e Damascio*).

Diagoras, Teleclidæ vel Teleclyti F., Melius philosophius et φσμάτων ποιητὴς, canticorum scriptor, quem, cum servus esset, Democritus, Abderita, egregio ingenio præditum cernens, decem millibus drachmarum emit et in discipulorum suorum numerum recepit. Hic operam dedit etiam poesi lyricæ, Pindaro et Bacchylidi æqualis, ut Menalippide antiquior, floruit Olymp. LXXVIII. Cognominatus est Atheus, quoniam in opinionem negandorum deorum incidit, ex quo æmulus quidampæanem ipsi furto abstulerat, et pejeranti non fecisse, nec multo post publice eumdem proferenti omnia bene cesserant. Hoc dolens Diagoras scripsit τοὺς ἀποπυργίζοντας λόγους, velut *de turri præcipitantes* dixeris, discessionem ipsius a sententia eorum, qui deos credunt, continentes. Post captam Melum Athenis habitavit, ubi mysteriorum contemptorem Athenienses proscripserunt, eique, qui Diagoram interfecisset, talentum, qui vivum adduxisset, bina talenta promiserunt. Denique vitam finiit Corinthi.

Dicæarchus, Phidiæ E., Siculus Messenius, Aristotelis auditor, philosophus, orator et geometra. Scripsit καταμετρήσεις, *dimensiones montium qui sunt in Peloponneso*; Ἑλλάδος βίον, *Vitam Græciæ libris III. Rem Spartanorum.* Hic liber ut [illegible] in Ephororum prætorio puberibus aus[illegible] legeretur, lege sancitum fuit apud Lace[illegible] et longo tempore observatum.

Dicæarchus, Lacedæmonius, gramma[illegible] ditor Aristarchi.

Dicæogenes, qui tragœdias et dithyram[illegible] psit.

Δικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως χρείσσω in *Bias*.

Dictys, historicus, scripsit *Ephemeride[illegible] rerum, post id tempus gestarum, in qu[illegible] desinit, libros IX* oratione prosa. *Res Ita[illegible]* hæc Τρωϊκὸν διάκοσμον, *de raptu Helenæ a Pa[illegible] lao et omnibus historiæ Trojanæ partibus.* Cre[illegible] motu quassata tempore Claudii imp., in s[illegible] cujusdam hiatu opus historicum Dictys d[illegible] Trojano repertum fuit, quod Claudius cum a[illegible] pisset, describendum curavit. [Conf. Kuste[illegible] 1, pag. 590.]

Διδάσκαλους peculiariter vocant poetas dithy[illegible] bicos vel comicos vel tragicos.

Dydimus, Ateius vel Attius, philosophus a[illegible] micus, scripsit πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύ[illegible] *probabilium et sophismatum solutiones libri I*[illegible] alia multa.

Didymus, Didymi, salsamentarii, Alexan[illegible] grammaticus Aristarcheus, qui vixit tempo[illegible] Antonii et Ciceronis usque ad Augustum. *Chalcenterus* vocatus propter assiduitatem, qua [illegible] legendis et scribendis est usus. Aiunt eum [illegible] ultra MMMD libros conscripsisse. Compa[illegible] Kusteri nota 2, tom. II, pag. 574.

Didymus junior, Alexandrinus [illegible], qui Romæ ἐσοφίστευσεν, sive *eloquentiæ* [illegible]. Scripsit πιθανὰ, *probabilia* (61) et alia [illegible] que optima.

Claudius Didymus, grammaticus, scripsit τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν θωμ[illegible] *de iis, quæ præter analogiam a Thucydide* [illegible] *dicta sunt.* Περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογία[illegible] *analogia Latinorum. Epitomen Heracleonis* [illegible] *quædam.*

Didymus, Heraclidæ F., grammaticus, qui [illegible] Neronem vixit, et magnas divitias sibi compara[illegible] et musicus valde insignis fuit *et* πρὸς μέλη ad[illegible] *mina componenda aptus.*

Didymus, Alexandrinus, de *rustica* libros [illegible] scripsit.

Apostolus Thomas cognominatus *etiam fuit* [illegible] dymus.

Διεξοδικούς Rhetoricæ differentia a *dialecti*[illegible] ex Alexandro Aphrodisiensi (in I Topicor.)

Δίγλωσσος Anacharsis, Scytha, at matre *Græ*[illegible] natus, et ideo bilinguis, qui etiam Scythis lo[illegible] tulit.

(60) Eusthatius ad Dionysii periegesin v. 689. Ὁ Χάραξ τὸ χρυσοῦν δέρμα μέθοδον εἶναι λέγει χρυσογραφίας, μεμβράναις ἐμπεριελημμένην, δι ἣν, ὡς λόγου ἀξίαν τὴν τῆς Ἄργους καταρτισθῆναι πόλιν φησί.

(61) Hæc Dydimi Ateii videntur fuisse.

nachus, Corinthius, unus ex X oratoribus, A
›sit secundum quosdam orationes CLX, vel,
l verius videtur, LX, omnes forenses, publicas
›, alias privatas. Obiit Peloponnesi præfectus
ntipatro constitutus, Polysperchonte post An-
tri obitum ei struente insidias.

inolochus, Syracusanus sive Agrigentinus, co-
us, vixit olympiade LXXIII. Epicharmi filius,
ut quidam tradunt, discipulus, Docuit fabulas
, Dorica dialecto scriptas.

iocles, Atheniensis aut Phliasius, comicus anti-
s, æqualis Sannyrionis et Philylii. Fabulæ ejus :
ττα (meretricis hoc nomen, teste Athenæo),
ττται, Ὄνειροι, Βάκχαι, Θυέστης β'. Hunc aiunt
ɛnisse harmoniam quamdam musicam, ex sono
tabulorum et vasorum fictilium constantem,
e bacillo ligneo percutiebat. B

›iocletianus libros *De chemia* igni tradidit, etc.
›ra, in *Chemia*.

›iodorus, monachus, Juliani et Valentis impp.
ıporibus vixit et Tarsi in Cicilia episcopus fuit.
ipsit varia, ut Theodorus Lector in Hist. eccle-
ɜtica tradit, « Interpretationes in totum Vetus Test.
ɜnesin, Exodum et reliqua. In Psalmos. In quatuor
›ros Regum. In loca difficiliora Paralipomenon. In
roverbia. Quomodo differat theoria (62) et allego-
›ia. In Ecclesiasten. In Canticum canticorum. In
›rophetas. Chronicon, in quo errata ab Eusebio
›amphili admissa emendantur. In IV Evangelia. In
ıcta apostolorum. In Epistolam Joannis evange-
istæ. De eo, quod sit unus Deus in Trinitate. Con-
›a Melchisedecitas. Contra Judæos. De resurrec- C
one mortuorum. De anima. Contra diversas de ea
æreticorum opiniones. Ad Gratianum capita.
ontra astronomos et astrologos et fatum. De
ɜphæra et VII zonis et contrario astrorum motu.
De Hipparchi sphæra. De Providentia. Contra Pla-
tonem de deo et diis. De natura et materia, in quo
opere tractatur de eo, quod justum est. De Deo et
falsa Græcorum materia. Naturas invisibiles non
elementis, sed una cum illis ex nihilo factas esse.
Ad Euphronium, philosophum, per interrogationes
et responsiones. Contra Aristotelem de corpore
cœlesti. Quomodo sol sit calidus. Contra eos, qui
cœlum animal dicunt. De eo, quomodo opifex qui-
dem semper, opera vero ejus non semper » (fue-
int aut permaneant). « Quomodo velle et nolle D
sint in Deo æterna. Contra Porphyrium de ani-
‹ malibus et sacrificiis.

Valerius Diodorus, philosophus, Teleclis discipu-
us, Alexandrinus, filius (Valerii) Pollionis, philo-
sophi, qui de vocibus Atticis scripsit. Vixit Adriani
Cæsaris temporibus.

Diodorus, Siculus, historicus, scripsit Bibliothe-
cam, quæ Historiam Romanam et variam libris XI
complectitur. Vixit temporibus Augusti et ante
illum.

Diodorus, comicus, cujus dramata : Αὐλητρὶς, A
ἐπίκληρος et πανεγυρισταὶ ab Athenæo memoran-
tur.

Diogenianus. Heracleota, Ponticus, temporibus
Adriani, grammaticus. Videndum an non forsan
sit medicus, ex Albace Heraclea, oppido Cariæ,
oriundus : erat enim omni doctrinæ genere eruditus, neque expresse traditum reperi esse ex Hera-
clea Ponti, sed ita nonnulli opinantur. Libri ejus hi
sunt : *Omnis generis vocabula ordine alphabetico
libris V.* Est autem epitome vocabulorum, quæ
Pamphilus et Zopyrion libris XCV exposuerant.
« Florilegium epigrammatum ; de fluminibus, lacu-
« bus, fontibus, montibus et promontoriis ; Flumi-
« num brevis recensio secundum ordinem alpha-
« beticum ; Collectio et Tabula omnium totius ter- B
« ræ urbium, » et alia.

Diogenes, Hicesii, trapezitæ, F., Sinopensis, pri-
mum Cleon (Menag. Κλέων) cognominatus, patria,
quod monetam adulterasset, profugus, Antisthenem,
cynicum, sectatus est, magis quas habebat opi-
bus contemptis. Senex a Scirtalo, pirata, captus
et Xeniadæ, Corinthio, venditus apud cum perman-
sit, nec ab Atheniensibus nec ab amicis redimi vo-
lens. Obiit olymp. CXIII, cum curationem cruris, a
cane admorsi, neglexisset, eodem die quo Alexan-
der Babylone obiit, etc.

Diogenes, vel Diogenianus, Cyzicenus, gramma-
ticus, scripsit *Origines Cyzici* ; Περὶ τῶν ἐν τοῖς βι-
βλίοις σημείων, *De notis criticis librorum. De poetica.
De elementis.*

Diogenes vel Œnomaus, Atheniensis, tragicus, C
tempore sublatorum XXX tyrannorum. Fabulæ ejus
sunt « Achilles, Helena, Hercules, Thyestes, Medea,
« Œdipus, Chrysippus, Semele. »

Dion, Hipparini F., Syracusanus, philosophus
Platonicus, Aristomachæ, uxoris Dionysii prioris,
Siciliæ tyranni, frater, cujus filium, Dionysium ju-
niorem, ejecit, dejectus vicissim a fratre ipsius,
Nisæo. Scripsit *Epistolas* ad Platonem et alios
quosdam.

Dion Cassius, cognomine Cocceius vel Cocceianus,
Nicænus, historicus temporibus Alexandri, Mam-
mææ filii. Scripsit *Historiæ Romanæ libros LXXX*,
qui in decades distributi sunt. Item « Persica, Getica
« (63), Ἐνόδια, τὰ κατὰ Τραϊανὸν, res a Trajano ges- D
« tas, Vitam Arriani philosophi. »

Dionysius, Areopogita, doctrinæ Græcorum pe-
ritissimus, Paulo Atheniensi audito, ad religionem
Christianam conversus atque inde episcopus Athe-
narum constitutus est. Tiberii temporibus in Ægy-
ptum profectus erat, comite Apollophane, sophista,
eodem, quem Polemo, Laodicensis, magister Aristi-
dis, Smyrnæ audivit. Tempore passionis Christi
ambo erant Heliopoli in Ægypto, cum solem luna
plena obscuratum observans Apollophanes : *Obone*

(62) Id est h. l. sensus abstrusior et mysticus, cui opponitur τὸ ῥητὸν, sive sensus litteralis. V. Kuster I, pag. 593, not. 4. HARL.

(63) Hæc Dionis, Prusæi, potius sunt.

Dionysi, inquit, ἀμοιβαὶ θείων πραγμάτων, *vices sunt rerum divinarum*. Cui Dionysius ; Ἡ τὸ θεῖον πάσχει, ἢ τῷ πάσχοντι συμπάσχει. *Vel Deus patitur, vel compatitur cum patiente.* Scripsit Dionysius ad Timotheum, Pauli discipulum et episcopum Ephesi, *De divinis nominibus libros XII* (imo capita, quorum titulos deinceps bis Suidas recenset, omisso decimo tertio περὶ τελείου καὶ ἑνός). « De ecclesiastica hierarchia, capita XV. De cœlesti hierarchia, capita XV, » a quo male tanquam distinctum refert Suidas περὶ τῶν οὐρανίων ταγμάτων καὶ ὅσα τῷ ἀριθμῷ. *De mystica theologia capita V.* Epistolæ quatuor ad *Caium*, monachum. Singulæ *ad Dorotheum*, publicum ministrum, ad *Sopatrum*, sacerdotem, ad *Polycarpum*, episcopum Smyrnæ (ex qua Suidas adducit locum de eclipsi jam memorata), ad *Demophilum*, monachum, et ad *Joannem* theologum, apost. et evangelistam. Sciendum est, quosdam externorum sapientum, præcipue Proclum, Dionysii theorematibus, interdum ipsis verbis usos fuisse. Hinc suspicari licet, vetustiores philosophos, qui Athenis erant, illius opera, quorum ipse meminit, ad Timotheum scribens, sibi vindicasse eaque occultasse, ut ipsi divinorum ipsius sermonum auctores viderentur. Hic plenus dierum, martyrio spiritus consummatus est tempore Trajani imp., eodem, quo divinus Ignatius. Magni Dionysii encomium scripsit Michael Syncellus, Hierosolymitanus.

Dionysius, Terus, Alexandrinus, a patre Tero, Thrax, Aristarchi discipulus, grammaticus, qui Romæ docuit Pompeii Magni temporibus et Tyrannionis prioris magister fuit. Plurima scripsit grammatica et syntagmatica et commentarios.

Dionysius Alexandrinus, Glauci F., grammaticus, qui tempore Neronis et sequentium impp. usque ad Trajanum vixit et bibliothecis præfuit, et ab epistolis, legationibus et responsis fuit. Idem Parthenii, grammatici, magister, discipulus Chæremonis philosophi, cui etiam Alexandriæ successit.

Dionysius, Alexandrinus, cujus inveni Commentarium valde disertum in Ecclesiastem Salomonis.

Dionysius, Alexandri F., Halicarnasseus, orator, et omni genere doctrinæ excultus, Cæsaris Augusti temporibus vixit. Ex hujus posteris fuit Dionysius, Atticista, sub Adriano imp.

Dionysius, Halicarnasseus, qui vixit tempore Adriani imp., sophista, cognomento Musicus, quod in arte musica valde exercitatus esset. Scripsit *Commentariorum rhythmicorum* libros XXIV. *Historiæ musicæ* libros XXXVI, in quibus tibicinum, citharœdorum et poetarum omnis generis mentionem facit. *Doctrinæ musicæ* sive *Diatribarum* libros XXI. « De iis, quæ in Rep. Platonis musice « dicta sunt. »

Dionysius, Byzantius, poeta epicus. Scripsit « De- « scriptionem navigationis per Bosporum. De thre- « nis » poema refertum epicediis.

A **Dionysius, Corinthius,** poeta epicus. « Præcepta morum. Cæsarum libri. « ca ; » Et oratione soluta « Commentaria « siodum. Orbis terrarum descriptionem bus heroïcis. Hæc autem reperi etiam qui Lithiaca seu de lapidibus scripsit horum sit auctor, ignoro.

Dionysius, Milesius, historicus, « Res « gestas V libris descripsit. Orbis descr « Persica. » Ionica dialecto, « Rerum I « libros tres : faculas. Κίαλον ἱστορίαν « storicum libris VII. »

Dionysius Mitylenæus, poeta epicus, βραχίων et sutor dictus fuit Scripsit « Ba « nervæ expeditionem : Argonautica lib oratione soluta : *Mythica ad Permenion*

B **Dionysius, Musonii F.,** Rhodius aut Sic storicus, qui etiam sacerdos fuit tem illic erat. Scripsit Ἱστορίας τοπικὰς, hist certarum regionum *Historias* libris VI. « scriptionem, Ἱστορίας παιδευτικὰς, Histo « titutionis libros X. » Existimo, Dionysium bem descripsit, Byzantium fuisse (Vossius *thynum*, propter fluvium, Rhebam.

Dionysius, Siciliæ tyrannus, scripsit Ἰαμ et *Comœdias* et *Historias*.

Dionysius, filius Siciliæ tyranni, et ipse et philosophus, scripsit *Epistolas* et *De pa Epicharmi*.

Διονύσια σκώμματα, dicteria in Bacchum

Diopithes legem tulerat, teste Ælian

C Piræo pernoctanti, capitale esset. Ipse nomine, cum aliquando, vespera oppr Piræo noctem mansisset, ab inimicis satus.

Dioscorides, Anazarbensis, medicus, Φακᾶς, ob lentes quas in facie habebat Cleopatram Antonii tempore, scripsit XXIV, omnes de re medica, eosque celeb

Dioscorius, Miræus, grammaticus, præ urbi et prætorio, qui Leonis imp. filias docuit. Infra Θυάτειρα.

Dioxippus, Atheniensis, comicus. Ejus fa Ἀντιπορνοβοσκὸς, Φιλάργυρος, Ἱστοριογράφος, δικαζόμενοι.

Διφθέρα. Εἰς διφθέρας, in pellibus scripta con

D sua Thoracion cum hostibus in Laconia com nicabat.

Dipnosophistæ, liber valde utilis, cujus Athen auctor est. Ulpianus unus Dipnosophistarum Supra. κειτούκειτος.

Dithyrambodidascali. Hi de rebus, quæ in sol fiunt et nubibus, multa dicere solebant, vocibu compositis utebantur, dicentes exempli causa αεριανεφινηχέτους. Talis erat Ion, Chius, p qui poema fecit, cujus initium est : Ἀοῖοι φ φοίταν ἀστέρα μῆνα μέν (64) unde *Aristophanes* cans, *matutinam stellam* eum vocatum fuisse

(64) Sed Kuster ex scholiaste Aristoph. corrigere jubet ἀστέρα μείναμεν, etc. *matutinam et exspe stellam exspectavimus*, etc. HARL.

autem valde celebris, scripsitque Comœdias, A pigrammata et soluto sermone πρεσβευτικόν. at etiam Socratis, philosophi, in eum λόγος. imachus etiam in Choriambis ejus meminit, ue multa scripsisse. *Dithyrambus* vero dicitur acchus (quod per binos quasi fores in lucem dierit tum uteri matris, Semeles, tum Jovis orum), et hymnus in Bacchum. Denique Διθυβων νοῦν ἔχεις ἐλάττονα dicitur de hominibus idis et inconsideratis.

όγματα. Plato, quæ vera esse percipit, enuntiat, a coarguit, de incertis sustinet assensum. Atque his, quæ vera ipsi videntur, quatuor personas uentes inducit, Socratem, Timæum, et hospitem ieniensem atque Eleatem: qui non sunt Plato e et Parmenides, sed duæ fictæ personæ, etc. B ilosophorum alii mundum ortum habuisse, alii u caruisse dicunt. Item alii animatum, alii vero nimatum eum statuunt. Anaxagoras vero et Pyagoras, in Ægyptum profecti, et Ægyptiorum et bræorum usi consuetudine, rerum cognitionem illis hauserunt. Postea vero et Plato, ut Plutarus in Parallelis refert. Quin etiam Ægyptii primi m et lunam deos vocarunt. Osirim et Isidem, οὺς a θεῖν *currere*, etc.

Domitianus Nervam, ut imperio insidiantem, novit et Apollonium Tyaneum, ut Nervæ amicum, mprehensum totondit, et vinctum in judicium lduxit. Cum vero philosophus illi non cederet, deidens ejus acta, verecundia commotus eum dimisit. unc ad eum Apollonius: *Nequaquam me occides; ecdum enim fato maturus sum*, Οὐ μέν με κτενεῖς, τεὶ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι. Atque e vestigio ipsum vanuisse ferunt. Hic et philosophos et mathematios Roma expulit. Sub hoc et Joannes evangelista a Patmum relegatus. Idem etiam, Davidici generis omines, τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους Δαβὶδ interfici jussit, nultique sub eo Christiani martyres facti sunt. ed Nerva Joannem Theologum exsilio liberavit.

Domninus, philosophus, natione Syrus, ex Laodicea, vel Larissa, urbe Syriæ, Syriani discipulus et Procli condiscipulus, ut ait Damascius. In mathematicis disciplinis exercitatus, in aliis philosophiæ partibus etiam ἐπιπολαιότερος, minus accuratus. Quare et multa in Platonicis dogmatibus innovavit, unde Proclus adversus eum scripsit Πραγματείαν καθαρτικὴν τῶν δογμάτων τοῦ Πλάτωνος, *Repurgationem Platonicorum dogmatum*. Ab Æsculapio jussus, quod sanguinem exspueret, suillis carnibus vesci, obsecutus est: at Plutarchus, Atheniensis, Æsculapii statuam intuens, in templi enim vestibulo dormiebat: O domine, inquit, quid si Judæo, hoc morbo laboranti remedium commendasses? Itaque Æsculapius, statim ex statua sonum suavissimum edens, aliam curandi morbi rationem ei præscripsit. Ad Dominum jam ætate provectum accessit Asclepiades, adolescens, et arithmeticum ipsi theorema præposuit, etc.

Dorius cantus, Δώριος αὔλησις, est modus quidam musicus, ut etiam Lydius et Phrygius. — Δῶριος οἰκονομία, *Modus Dorius*. — *Dorius* præterea est nomen proprium et *Doriscus* nomen loci.

Dorus (Δῶρος), Arabs, quem Damascius in Historia philosophica ait fuisse veritatis acerrimum indagatorem. Hunc Isidorus, philosophus, initio sensit Aristotelicis opinionibus irretitum, et paulatim revocavit ad illas Platonis magnificæ scientiæ sublimes et illustres sententias, ut rejecta illa Peripatetica subtilitate, res minutas colligente, se conferret ad illam, quæ per Prometheum quemdam cum ignis splendore cœlitus ad homines demissa est, dialecticam, quæ est mentis et prudentiæ purissima αὐτοψία sive inspectio.

Δόσις. Apud oratores peculiariter sic vocantur tabulæ testamenti, in quibus quis, quæ sua sunt, alteri dat, interveniente magistratuum sive archontum auctoritate.

Draco, Atheniensium legislator. Hic cum Æginæ in theatro propter leges latas lætis acclamationibus celebraretur, pluribus petasis et tunicis et palliis in ejus caput injectis, suffocatus est, et in ipso theatro sepultus. Vixit iisdem temporibus, quibus septem sapientes, aut potius fuit illis antiquior. Cum senex jam esset, olympiade XXIX leges Atheniensibus tulit. Ὑποθήκας, sive *vitæ degendæ præcepta* scripsit tribus circiter versuum millibus.

Draco, nepos Hippocratis medici illius celeberrimi, filius Thessali, pater Hippocratis cujus filius rursus fuit Draco, et ipse medicus, qui Rhoxanen, Alexandri Macedonis conjugem, curavit.

C Draco Stratonicensis, grammaticus, scripsit *De arte grammatica: Orthographiam:* Περὶ τῶν κατὰ συζυγίαν ὀνομάτων, *De conjugatis nominibus: De pronominibus: De metris versuum: De satyris: De Pindari carminibus*: *De Sapphonis metris*: *De Alcæ carminibus.*

E

Ἐκβιαστής. Ἄμφω γάρ εἰσιν ἐκβιασταὶ τῆς δίκης, καὶ νύττουσιν ἡμᾶς πρὸς τὸ τῆς δίκης πέρας, *ambo sunt acres exactores juris, qui nos stimulis ad justitiam exactissimum incitant.* Hæc de Gregerio et Basilio.

Ἐκκέκοφθ' ἡ μουσική, *excisa est musica.* Cum veteres olim in conviviis eruditas quæstiones tractare solerent, posteri psaltrias et citharistrias et saltatrices earum loco introduxerunt. Unde quidam καινοτομίαν, novitatem hanc reprehendentes, proverbio illo usi sunt.

Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις, *e Massilia venis*, dicitur de hominibus effeminatis et delicatis, quales Massilienses olim fuisse dicuntur.

Ἐλατήρ.

Εἰδήσεις Ἀλκμᾶνα, λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης
Ἔξοχον, ὃν Μουσῶν ἔννέ' ἀριθμὸς ἔχει.

Cognosces Alcmanem, lyram Laconicam scite pulsantem, quem novem Musæ habent.

Elea, patria Zenonis, olim Hyele, Phocæensium

colonia, oppidum obscurum, et quod bonos tantum viros alere poterat. Hanc Zeno magis amabat, quam Atheniensium jactantiam ; itaque raro apud illos versatus in patria consenuit.

Ἐλεγείρειν (65) pro *delirare* quidam veterum dixerunt. Et sunt, qui carmen elegiacum hinc dictum putent. Theocles, Naxius aut Eretriensis, insania correptus, carmen hoc primus cecinit.

Elegus, carmen lugubre sic appellatum, quod sæpe in eo ἔ ἔ dicatur. Vel lamentationes quæ ad tibiam canuntur. Postea Midiam, Gordii filium, dum regnaret, tibiam ad aras et sacrificia transtulisse dicunt, quod matrem suam defunctam in dearum numerum referre vellet.

Eleusius, Cyzicenus et Marathonius, et CPol. non quidem magna dicendi facultate præditi, sed austero vitæ genere et fictæ modestiæ simulatione magnam adepti auctoritatem, plurimos sectatores sibi conciliarunt et monasteria, ingenti hominum utriusque sexus multitudine referta, instituerunt.

Empedocles, Metonis, vel Archinomi, vel Xeneti F., frater Callicratidis, primo audivit Parmenidem, cujus etiam, ut Porphyrius in Historia philosophica auctor est, amasius fuit. Alli aiunt fuisse Telaugis discipulum, Pythagoræ filii. Agrigentinus, philosophus physicus, Pythagoræ sectam secutus, quam etiam æmulatus est Apollonius Tyaneus, etc. Discipulum habuit Gorgiam, Leontinum oratorem. Scripsit versibus heroicis *tres libros* Περὶ φύσεως τῶν ὄντων. *De rerum natura*, sunt autem versuum circiter duo millia. Item *De re medica* oratione soluta, et multa alia. etc. *Empedoclis inimicitia*, proverbium, quod dicitur de iis qui diuturnas inimicitias adversus aliquos gerunt.

Empedotimus scripsit περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως, *De physica auscultatione*, de quo (Julianus) ὁ παραβάτης in opere quod *Cronia* inscribitur : « Nos autem, Empedotimo et Pythagoræ credentes, et iis « quæ Heraclides Ponticus ab illis accepta tradi- « dit, et paulo ante inclytus ille rerum divinarum « interpres Jamblicus nobis ostendit.

Ἐνιαυτὸς Μέτωνος, *annus Metonis*, id est orbis annorum XIX. Meto enim, mathematicus, periodum temporis ex XIX annis constantem invenit.

Ennius, poeta Romanus (id est Latinus), quem Ælianus laude dignum esse ait, quod Scipionem magnifice extollere cupiens scripsit, solum Homerum laudes illo dignas canere posse, adeoque præstantiam ejus intelligere se demonstravit poeta Messapius (hoc est Ennius, qui a Messapo rege suam repetebat originem).

Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι. *In quinque judicum genibus*. Olim quinque judices de comicis judicabant, ut ait Epicharmus. Dictum ad imitationem Θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Olim in genibus habebant ea quæ nunc in tabellis scribunt

Epaphroditus, Chæronensis, grammatichiæ, Alexandrini, grammatici, alumnus Apinstitutus, a Modesto, Ægypti præfecto, cujus filium Pitelinum institnit. Claruit tempore Neronis ad Nervam usque : quo tepPtolemæus Hephæstionis filius vixit et multa doctrina clari. Idem cum libros subinde exXXX mille sibi comparavit, eosque bonos et vulgares. Corpore fuit magno et nigro incophantiaci (ὡς ἐλεφαντώδης). Habitavit in Pnocoriis, ubi binas ædes habuit. Decessit intercute, annum agens LXXV, multaque reliquit. V. notam 1, pag. 790.

Ἐπειοῦ δειλότερος, *Epeo timidior*, Cratinus micus, dicebatur, fortasse quod, cum Epibui præesset, timidior videretur. Epeus enidus erat.

Ephectici philosophi sic appellati ab ἐπέχειν *inhibere*, quod assensum de rebus inhibeasque comprehendi non posse statuerent. δογματίζειν (66) αὐτὰ ἀκατάληπτα.

Ephesiæ litteræ, id est incantationes quæ obscuræ, quas et Crœsum in rogo dixisse Et Olympiæ Milesio et Ephesio luctantibus Milesium luctari non potuisse, quod alteri Ephesias talo pedis alligasset. Ea autem perpta, litterisque illis solutis, *Ephesium* fuisse prostratum.

Ephippus, Atheniensis, comicus mediæ diæ.

Ephippus, Cumanus, filius Demophichi, Isocratis oratoris auditor, historicus habuit Demophilum, historicum. Vixit XCIII, ita ut Philippi Macedonis regnum rit. Scripsit Historiarum ab Ilii expugnatione janoque bello ad sua usque tempora « libros III « De bonis et malis libris XXIV : Rerum bilium τῶν ἐκαστάχοῦ, quæ in quavis re « observantur, libros XV ; De rebus quas quis « invenit libros II, et alia.

Ephorus, Cumanus, et Theopompus, Damasti F., Chius, ambo Isocratis discipuli, sed ingenio stylo quam maxime inter se discrepantes. Ephorus ingenio erat simplici, et quod ad dictionem ejus historicam attinet, supinus et segnis semper remissus. Theopompus vero ingenio erat acerbo maligno ; at dictione copiosus et *densus*, ac mentiæ plenus : cætero qui veri studiosus in iis scribebat. Isocrates igitur hunc frenis, Ephorum vero calcaribus indigere dixit. Theopompus au-

(65) At Küsterus e codd. Paris. et propter litterarum seriem edidit ἐλεγεῖνειν. HARL.

(66) Fallitur Suidas, Scepticis tribuens, quod fuit quorumdam Academicorum. Nam Scepticis nihil statuerunt neque ἐδογμάτισαν, sed tantummodo dubitare se profitebantur. Vide, si placet, quæ notavi ad Sextum Empiricum.

(67) Küster ad h. l. tom. II, pag. 919. not. 8, τριάκοντα τὸ ἐξῆς πεσεῖν legere malit τρὶς τὸ ἐξῆς *ter dejectum fuisse* ab adversario, suamque emendationem late pulchreque explicat probatque. HAR

xsilium ejectus, supplex ad templum Dianæ A
iesiæ confugit. Multas etiam epistolas contra
os ad Alexandrum misit, eumdemque multis
libus ornavit. Dicitur etiam vituperationem
s scripsisse, sed quæ non exstat.

Epicharmus, Tityri vel Chimari vel Sicidis filius,
acusanus, vel ex Sicanorum civitate, Crasto,
una cum Phormio comœdiam Syracusis invenit.
cuit fabulas LII, vel, ut Lycon ait, XXXV. Qui-
n tradunt ipsum fuisse Coum, unum ex iis qui
n Cadmo in Siciliam migrarunt; alii Samium;
Megaris, urbe Siciliæ oriundum. Fuit sex annis
.e bellum Persicum Syracusis docens; quo tem-
-e Athenis Euetes et Euxenides et Mylus fabulas
ebant.

Epicrates, Atheniensium orator, σακεσφόρος *bar-* B
er appellatus, cujus meminere Aristophanes,
ito comicus et Demosthenes, orat. *De falsa lega-*
ne. Alius, cujus meminit Lycurgus, orat. *De*
ministratione ærarii quem sexcenta talenta in
nis habuisse aiunt. Alius Epicrates, Æschinis
itoris affinis, qui Cyrebion cognominabatur, teste
mosthene, orat. contra Æschinem.

Epictetus ex Hierapoli Phrygiæ, philosophus,
rvus Epaphroditi, unius de satellitibus imp. Ne-
nis. Ob defluxionem altero crure debilis in novæ
iri urbe, Nicopoli, habitavit et vitam usque ad M.
itonini imperium produxit. Scripsit multa. Theo-
bius, philosophus multa ex Epicteti scholis desum-
a dixit, alia ei ipse excogitavit. Quare et præcepta
tæ talibus libris complexus est et posteritati reli-
iit, qualibus et Epictetus, ita ut nostri temporis C
pictetus esse videatur, exceptis tamen opinionibus
oicis. Theosebius enim nullius scriptoris opinio-
es tam amplectebatur et admirabatur, quam Pla-
nis veritatem. Quinetiam quemdam libellum
onscripsit, de rebus in magni Politia (Platonis)
leganter dictis. Quamvis remp. non attigit, sed
rivatum coluit vitæ genus, cui et Socrates ille et
Epictetus καὶ πᾶς εὖ φρονῶν, et quilibet cordatus
studet, etc., *ex Damascio*.

Epicurus, Neoclis F., Atheniensis, populo Garget-
tius, matre Chærestrata, frater Neoclis, Chæredeni
et Aristobuli, sive Aristodemi, philosophari cœpit
ab anno duodecimo ætatis: pecularis sectæ conditor
Et primum quidem Sami cum parentibus commo-
atus est, deinde Mitylenæ annum unum scolæ D
præfuit, postea Lampsaci docuit, et denique Athenis
n horto suo. Audivit Nausiphanem Democriteum
et Pamphilum, Platonis discipulum. Natus est
Olympiade CIX, septem annis post mortem Platonis
et vitam produxit usque ad successores Alexandri
M. et Antigonum, qui Gonatas dictus est. Schola
ejus permansit usque ad Cæsarem primum annos
CCXXXVII, et infra tempus istud XIV successores
habuit. Scripta ejus sunt multa. In testamento suo
jussit Metrodoro et Polyæno sodalibus suis semel
quotannis parentari, sibi vero bis, etc. Epicurei
SCto Roma sunt ejecti, eosdem expulere Messenii
in Arcadia, iisque expulsis totam urbem a Timu-
chis, magistratibus suis, fecerunt purgari velut
sordibus quibusdam et purgamentis liberatam. In
Creta quoque Lyctii (68) quosdam Epicureos, illuc
profectos, expulerunt, legemque tulerunt: « Epi-
« curei sapientiæ effeminatæ et degeneris ac tur-
« pis inventores diisque invisi per præconis vocem
« Lycto excedere jubentor, » etc.

Epigenes, comicus. Ex ejus fabulis sunt Ἡρωΐνη, Μνημάτιον, Βακχεί (aut uti Kuster ex Athenæo IX, pag. 184, malit Βάκχαι). Athenæo memoratæ. Duarum aliarum nomina addit Kust.

Ἐπίγραμμα. Omnes inscriptiones, quamvis non B
constent versibus, dicuntur epigrammata.

Epylicus, poeta comicus. Ex fabulis ejus est χοραλίσκος, ut testis est Athenæus, lib. IV, pag. 133 et 146, ubi scribitur Κωραλίσκος.

Epimenides, Phæsti aut Dosiadæ aut Agiasarchi F., matre Blasta, Cretensis Cuossius, poeta epicus. Hujus animam ferunt corpore excessisse, quandiu ipse voluisset, et postea in illud reversam esse, cutemque longo post mortem ejus tempore inventam γράμμασι κατάστικτον, litteris notatam. Unde proverbium ἐπιμενίδιον δίρμα de rebus reconditis. Vixit Olympiade XXX, ut et septem sapientes Græciæ antecesserit ætate, vel saltem illos attigerit. Hic jam senex Athenas, Cylonio scelere pollutas, lustravit Olymp. XLIV. Scripsit multa versibus: itemque C
oratione prosa, mysteria quædam et lustrationes et alia ænigmatica. Ad hunc Solon legislator scripsit, reprehendens urbis lustrationem. Vixit annos CL et sex continuos dormivit.

Epinicus et ipse comicus, ex cujus fabulis Ὑποβάλλόμεναι Athenæo memoratæ.

Epiphanius, Ulpiani F., Petræus, sophista, qui et in patria, Petra, et Athenis docuit. Scripsit Περὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν στάτεων « De iis quæ « status causarum inter se communes habent et in « quibus differunt. Progymnasmata. Declamatio- « nes. Orationes Demarchicas. Orationem Pole- « marchicam Λόγους ἐπιδεικτικούς, sive *Eloquentiæ specimina* et *Theoremata* quædam *miscellanea*.

Epiphanius, episcopus Constantiæ, urbis Cypri, olim Salamis dictæ. Scripsit contra omnes hæreses, libros, qui *Panaria* vocantur. Item alia D
multa, quæ a doctis propter res ipsas, ab indoctis propter stilum leguntur. Decessit in extrema senectute.

Epiphanius, episcopus Selybriæ, sive Olibriæ. Scripsit λόγον ἀντιῤῥητικὸν κατ' εἰκονοκαυτῶν, λίαν ὠφέλιμον, librum valde utilem contra eos qui imagines cremabant.

Epiphanius et Euprepius, Alexandini, initiorum sive mysteriorum, apud Alexandrinos receptorum peritissimi: Euprepius quidem illorum, quæ Persica

(68) Confer *Tristanum*, tom. I, pag. 445.

vacabantur; Epiphanius illorum, quæ in Osidiris honorem celebrabantur, et celebratissimi Dei Æonis, etc. (Ex Damascio.)

Epistola [IX) Juliani parabatæ, ad Porphyrium, catholicum, quæ jubet copiosam Georgii (Cappadocis) bibliothecam omnis generis philosophis, multis etiam commentariorum scriptoribus refertam, in quibus et multa ac varia Galilæorum scripta, universam ad se Antiochiam transmitti.

Ἐποποῖα, sic vocatur historia heroico versu scripta. Nam poesis, quæ caret fabula, est epopœia.

Erasistratus, Juliates Ceius ex Juliade, Cei insulæ oppido, filius Cretoxenæ, Medii medici sororis, et Cleombroti. Hic Antiochum regem, Stratonices novercæ amore laborantem, sanavit. Sepultus est juxta montem Mycalen. e regione Sami. Scripsit *De re medica libros IX.*

Eratosthenes, Aglai vel Ambrosii F., Cyrenæus, Aristonis, philosophi, Chii. et Lysaniæ, Cyrenæi, grammatici, et Callimachi, poetæ, discipulus. Arcessitus Athenis a Ptolemæo tertio ad quintum usque vixit. Hic quod in omni doctrinæ genere secundum locum teneret et viris summis proximus esset, *beta* vocatus est. Alii eum Platonem secundum vel juniorem, alii πένταθλον et quinquercionem appellarunt. Natus est CXXVI Olympiade, obiit ætatis anno LXXX, ex inedia propter hebetatam oculorum aciem, relicto insigni discipulo, Aristophane, Byzantio, cujus discipulus fuit Aristarchus, hujus vero Mnaseas, Menander et Aristis. Scripsit philosophica, poemata et historias. *Astronomiam* sive *catasterismos* de iis qui inter astra relati sunt. Item *De philosophorum sectis. De vacuitate doloris. Dialogos* multos et multa *grammatica.*

Erennius cognomen fuit Philonis Byblii, ut ipse dicit.

Erinna, Teia vel Lesbia, vel, ut alii, Telia, ex Telo, parva insula prope Cnidum fuit ἐποποιὸς, poetria epica, scripsitque Ἠλακάτην, quod est poema, Æolica et Dorica dialecto scriptum, versibus CCC. Fecit et epigrammata. Obiit virgo, XIX annos nata, amica et æqualis Sapphonis. Versus ejus judicati sunt Homericis pares,

Eriphus, comicus, ex cujus dogmatibus Αἰόλος, πελταστὴς, μελίβοια, ut Athenæus, libro XIV Dipnosophist.

Ἐς Μασσαλίαν πλεύσας, *Massiliam navigans*, de iis dicitur, qui effeminate et molliter vivunt, V, supra, ἐκ Μασσαλίας, et Athen. XII, pag. 523.

Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖ, *Mysorum ultimus navigat*, proverbium de iis quibus dura et difficilia imperantur, etc.

Essæi, ascetæ inter Judæos, qui Pharisæos et scribas severitate disciplinæ longe superarunt, ἐπιμελοῦνται τῆς ἠθικῆς λέξεως, θεωρίᾳ δὲ τὰ πολλὰ παραμένουσιν, dictionem ethicam et in contemplatione plerumque perseverantes, de etiam vocantur Essæi, i. e. θεωρητικοὶ, *templatores.*

Evagoras, Lindius, historicus, scripsit « Timagenis et aliorum doctorum virorum « tiones, ordine alphabetico; Thucydidis « rhetoricam libris V, De dictionibus [illegible] « ac controversis apud Thucydidem; Histo[illegible] « gnum Ægyptorum. »

Evagrius varia scripsit et inter ea Com[illegible]rium in Proverbia Salomonis.

Evangelus, comicus, e cujus dramatibus [illegible] λυπτόμενος apud Athenæum. [lib. XIV, pa[illegible] Sed ibi fabula hæc appellatur Ἀνακαλ[illegible] notante Kustero, ad tom. I, pag. 880.]

Evathlus, orator improbus, garrulus [illegible]bilis.

Eubulus, demagogus clarissimus.

Eubulus, Sphettius Atheniensis, Euphra[illegible] comicus. Docuit fabulas CIV, vixitque Olymp[illegible] CI medio inter mediam et veterem com[illegible] tempore. V. notam Kusteri.

Euclides, ex Megaris, in Isthmo sitis, [illegible]phus, auctor sectæ quæ ab ipso Megari[illegible] [illegible]ctica aliis et Eristica. Fuit Socratis [illegible] eique Ichthyas et postea Stilpon in schol[illegible] sit, Scripsit dialogos, « Alcibiadem, [illegible] « Critonem, Phœnices, Lampriam, Am[illegible] et alia quædam.

Eudæmon, Pelusiota, grammaticus, [illegible]banii sophistæ, ad quem etiam divers[illegible] Hic varia composuit « Poemata, et [illegible] « maticam et Orthographiam nominum

Εὐδαιμονέστερος τῶν Καρκίνου στρο[illegible] *felicissimus*, in Carcini poetæ filios, etc. [illegible]

Eudemus, orator, varia scripsit et præ[illegible] con utilissimum verborum, *quibus* [illegible] optimi quique scriptores utuntur, ordine [illegible]tico [Kuster, in not. 2, tom. I, *pag.* 885, [illegible] quæ hodie in diversis exstant bibliothecis [illegible] *demi*, rhetoris, nomen præferunt, [illegible] esse existimati.]

Εὖ διάγειν. Hanc formulam salutandi epis[illegible] suis præscripsit Epicurus. Cleon vero [illegible] Plato εὖ πράττειν.

Eudoxius, episcopus Antiochiæ, ex Arab[illegible] oppido minoris Armeniæ oriundus, cujus pa[illegible] Cæsarius, sub Maximiano martyrii corona redi[illegible]tus est, etc.

Eudoxus, Æschinis F., Cnidius, *philosophus*, [illegible]tonis æqualis, cui fuere tres filiæ, Actis, Delp[illegible] Philitis. Astrologiæ insigniter deditus *fuit scrip*[illegible]que plura ejus generis et *Octaeteridem*, necnon « Astronomiam (69) versibus heroicis »

Evenos, duos aiunt fuisse elegiacos poetas, [illegible]que ambos Parios.

(69) Non Eudoxus versus scripsit, sed Aratus Eudoxi prosa.

:ὼ, *animi tranquillitatem* Democritus, Abde- A
ɔcuit finem esse et summum felicitatis, etc.
erius, Joviniani imp. temporibus doctrina
n et ingenii præstantia antiquis non inferior,
ıi ex molli simplicitate multos insontes
est judicii laqueis irretiri.
ɛnius, Trophimi, F., Augustopolitanus, Phryx,
ıaticus, docuit CPoli, ubi valde clarus fuit
enex tempore Anastasii imp. Scripsit de
sione versuum melicorum Æschyli, Sophoclis
ipidis in fabulis XV. De pæonio et palimbac-
netro ; de nominibus templorum et quomodo
ɔferri debeant, ut Διονύσειον, Ἀσκληπίειον.
ıula miscellanea ordine alphabetico, in quo
etiam nova quædam et singularia habet ad
tum, spiritum, scripturam, fabulam aut prover- B
pertinentia ; de nominibus, in α desinentibus,
ɛια vel ἐνδία, et quando ea bifariam efferan-
tem alia quædam iambica trimetra.
ıογον ἀξίωμα, *axioma probabile*, differt a
ηπτικῇ φαντασίᾳ, s. comprehendente phan-
Cleanthes philosophus, appositis ipsi jussu
mæi regis malis punicis cereis, negavit se,
viso assensum, sed tantum probabile pu-
, etc.
olpidæ ab Eumolpo, Thrace, qui rationem
andi invenit, vel a Musæi filio, qui fuit a se-
lo quintus.
ımolpus, Eleusinius vel Atheniensis, filius
æi, poetæ, et, ut quidam tradunt, discipulus
hei, poeta epicus ante Homerum. Vicit etiam
ıia. Ad lyram enim poetæ de palma inter se
abant. Scripsit Τελετὰς Δήμητρος, *Initia Cere-*
ejusque ad Celeum adventum et ministeria,
bus ejus tradita, eaque omnia versibus heroicis
M, *Chiroscopicorum* librum unum, prosa ora-
ıe.
unidæ apud Athenienses familia citharœdorum,
ris inservientium.
unomius, tempore Valentis imp. episcopus
icenus, notarius Actii, quem cognominant
eum, cum quo diu versatus, sophisticum ejus
serendi modum imitatus est. Ejus *septem libri*
epistolam ad Romanos et aliæ quæ circumferun-
r, lucubrationes, verborum quidem copia abun-
ntes, at sententiarum inopes. Ex Socratis Hist.
cles. IV, 7.
Evodus, Rhodius, poeta epicus, Neronis tempore
xit, poeta Latinus admirabilis. Hujus libri nulli
ıstant.
Euphorion, filius Æschyli, tragici, Atheniensis,
ragicus et ipse : qui fabulis, quas pater ante in
ıcem non ediderat, certans quater vicit, scripsit
t ipse quædam dramata.
Euphorion, Polymnesti F., ex Chalcide Eubœæ,
liscipulus in philosophicis Lacydis et Pritanidis :
in poeticis vero Archebuli, Theræi, poetæ, cujus
etiam deliciæ fuisse fertur. Natus est Olympiade
CXXVI, quo tempore et Pyrrhus a Romanis victus
est. Eum Nicia Alexandri, regis Eubœæ, Crateri
filii, uxor amavit ; hinc prædives ad Antiochum
magnum, regem Syriæ, se contulit et ejus biblio-
thecæ præfectus, ibidem defunctus, Apameæ, vel ut
alii, Antiochiæ, sepultus est. Libri ejus versibus
heroicis scripti sunt hi : *Hesiodus*, Μοψοπία ἢ
ἄτακτα, *Mopsopia* sive *Miscellanea* libris V, opus
continens historias micellas, inscribiturque Mo-
psopia, quia Attica olim ita dicta est a Mopsopia,
filia Oceani. Desinit in Attica Chiliade ; nam liber
quintus inscribitur ἐπιγράφεται ἡ πέμπτη (scil
βίβλος), χιλιὰς περὶ χρησμῶν (70), *Chilias de ora-*
culis, quæ post mille annos eventus comprobavit.
Disputat enim adversus eos qui ipsum, deposita
apud illos pecunia fraudarant, docens eos vel multo
post tempore pœnas, daturos esse.
Eupithius et Archiadas, duo Hegiæ (philosophi),
filii, de quorum ingenio et moribus quædam ex
Damascio, etc.
Eupolis, Atheniensis, comicus, qui annos natus
XVII, in scena certare cœpit ediditque fabulas
XVII, vicit septies, Idem in bello contra Lacedæ-
monios naufragio in Hellesponto periit. Unde lex
lata est, quæ poetas vetuit militare. Fabulæ ejus
sunt : Αἶγες, Ἀστράτευτος ἢ ἀνδρογύνη et aliæ.
Εὖ πράττειν, hanc formulam salutandi Plato
epistolas XIII, easque morales. *Vide* supra, εὖ
διάγειν, et Cleon, χαίρειν. C
Eurybatus, i. e. *homo malus*. Ductum est pro-
verbium ab Eucybato quodam ; variorum opiniones
atque interpretationes. *Vide* apud Suidam ; adde
Kusteri Notas.
Euripides, Atheniensis, tragicus antiquior ce-
lebri illo Euripide. Docuit fabulas XII, vicit bis.
Euripides, Mnesarchi seu Mnesarchidæ et Cli-
tonis F., non ex matre, olerum venditrice, sed ex
genere nobilissimo, ut demonstrat Philochorus.
Natus fuit eo die quo Græci Persas fugarunt. Initio
pictor, deinde Prodici in rhetoricis, Sacratis vero
in doctrina de moribus et in rebus philosophicis
discipulus. Audivit etiam Anaxagoram quem cum
vidisset in discrimen capitis ob dogmata venisse,
animum ad tragœdiam appulit homo severis mo-
ribus ac tristis, unde et μισογύνης sive mulierum D
osor est existimatus, Duxit tamen Choerinam, Mne
silochi filiam, ex qua Mnesilochum, Mnesarchidem
et Euripidem suscepit. Hac repudiata, alteram
æque impudicam est expertus. Athenis relictis
apud Archelaum, Macedoniæ regem, in summo
vixit honore, sublatus, ut aiunt, a canibus per
insidias Arrhidæi, Macedonis, et Cratevæ, Thes-
sali, poetarum, ipsi invidentium : vel laceratus a

(70) Kuster malit legere ἐπιγρ. δὲ Χιλιᾶς, ἢ περὶ admissa Fabric. interpretatione et ellippi, nil erit
Χρησμῶν, omisso vocab. πέμπτη, et sic vertit, sed mutandum. HARL.

mulieribus, cum noctu Craterum, Archelai delicias, vel uxorem Nicodemi Arethusii peteret. Annos aiunt vixisse LXXV, ossaque ejus Pellam, jubente rege translata. Fabulæ ejus LXXV, vel, ut alii, XCII: ex quibus exstant LXXVII. Vicit quinquies, quater adhuc superstes, semel vero post obitum fabulam ejus in scena exhibente Euripide, fratris ipsius filio. Fabulas edidit per totos annos XXVI. Obiit Olympiade CXIII. Conf. Kusteri not.

Euripides, tragicus, prioris ex fratre nepos, ut tradit Dionysius in Chronicis. Scripsit Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν, editionem Homericam, nisi fortasse ea alterius sit. Fabulæ ejus sunt Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη.

Euschemus, comicus. Ex fabulis ejus Ἐμπολή, teste Athenæo.

Eusebius Pamphili, Arianæ sectæ addictus, Cæsareæ Palæstinæ episcopus, sacrarum Scripturarum insigniter studiosus et divinæ bibliothecæ una cum Pamphilo martyre diligentissimus investigator. Multa edidit opera, inter quæ sunt ista: *Evangelicæ demonstrationis libri XX. Evangelicæ Præparationis libri XV. Theophaniæ libri V. Ecclesiasticæ Historiæ libri X. Canones chronici variæ historiæ, et eorum Epitome. De evangeliorum dissensione. In prophetam Isaiam libri X. Contra Porphyrium*, qui tunc, ut quidam putant, in Sicilia scribebat, *libri XXX.* Τοπικῶν, sive *De locis sacris liber; Apologiæ pro Origine libri VI. De vita Pamphili libri III. De martyribus* alia opuscula. *In Psalmos CL* Commentarios eruditos, et multa alia. Floruit maxime temporibus Constantini imp. ac Constantii, et ob amicitiam, quæ ipsi cum Pamphilo martyre intercessit, ab eo cognomentum sortitus est. Scripsit etiam *Ad Marinum*, in quo opere dicit Christi Ecclesiam duo vitæ genera et instituta præcipere, quorum unum sit excellens et supra communem vitæ humanæ rationem positum, quale est monachorum; alterum minus sublime et communi hominum vitæ accommodatum, quod nec a conjugio abhorreat.

Eustathius, Epiphaniensis, scripsit *Compendium chronicum* rerum, ab Ænea usque ad Anastasium imp. gestarum *libris* (71) *novem*.

Eustathius, Sebastianus, cum Basilio Ancyrano, ejusdem urbis episcopo, sectæ Macedonianæ caput fuit.

Eustephius, Aphrodisiensis, sophista unus ex illustribus Adrottorum, quæ est urbs Lydiæ, incolis. Scripsit *declamationes*.

Eustochius, Cappadox, sophista. Scripsit *Cappadociæ et reliquarum gentium antiquitates, et* τὰ κατὰ Κώνσταντα τὸν βασιλέα (72), *res gestas ab imperatore Constante*.

Euthycles, ex cujus comœdiis [illegible] Ἐπιστολή, teste Athenæo in Diphosophe.

Euthydemus, magister Apollonii Tyrasensis Cilix, etc. (Ex Philostrato).

Euthymenes archon Atheniensis, sub [illegible] gatum est decretum archonte Morychid[illegible] quo comicis adimebatur libertas aliquem perstringendi.

Eutropius, Italus, sophista, Historiæ [illegible] Compendium Latina lingua scripsit, alia[illegible] apud Suidam sequuntur: Eutropius, [illegible] tutor Theodosii imper., et Eutropius, pr[illegible] cubiculi Arcadii imper. homo sceleratissim[illegible]

Eutyches, CPoli monasterii præfectus sectæ Manetis et Apollinaris tertius defen[illegible] (Ex Theodoro Raithuensi.)

Euxenus, vir non admodum probus ne[illegible] vitæ deditus, et Epicuri moribus imbut[illegible] goræ vero opiniones ita cognoscebat u[illegible] quæ discunt ab hominibus, χαῖρε vel [illegible] et Ζεὺς ἵλεως. Apollonius puer Euxenu[illegible] bat, sed ad decimum sextum annum pro[illegible] Pythagoricam vitam se contulit, Euxenu[illegible] amare non desiit, etc. (Ex Philostrato

Ἐξ ἁμάξης. Apud Athenienses festum [illegible] in quo poetæ, plaustris insidentes, certab[illegible] tionibus risus movendi gratia, quod D[illegible] dixit, ἐξ ἁμάξης, *ex plaustro*. Chorus [illegible] vocabatur Lenaites.

Ἐξηγηταί. Tres erant exegetæ ord[illegible] linis designati, quibus curæ erat lustr[illegible] aliquo piaculo obstricti essent. Sic etiam [illegible] patriorum institutorum et jurium int[illegible] culiariter, interpretes sacrorum, q[illegible] inferiis aliisque Juribus de *functorum* [illegible] bus respondebant.

Ezechias. Exstabat liber *Salomonis* [illegible] omnium morborum continens, qui tem[illegible] iucisus erat. Hunc Ezechias obolevit, *quod* [illegible] mentem ad Deum non adverteret, sed qu[illegible] ægri essent, curationes inde peterent, [illegible] divini Numinis invocatione.

Fabius pictor, historicus Romanus. Hic ait, [illegible] Romanorum magistratuum licere quidquam [illegible] sit publicum, in privatos usus convertere.

Falcidia lex a Cæsare Caio Octavio lat[illegible] maximam etiam nunc auctoritatem habe[illegible] hæreditatum successionibus a Falcidio, trib[illegible] plebis, inventa.

Faunus, Pici seu Jovis F., quem nomine pla[illegible] Mercurium appellabant. Hic fuit astronom[illegible] tallaque auri, argenti et ferri invenit, eorum[illegible] tractandorum rationem Occidentales docuit, [illegible] etiam ab indigenis vocatus πλουτοδότης, q[illegible] donator. Insidiis appetitus a fratribus in Egyp[illegible]

(71) Evagrius, v, 24, *libros* tantum *duos* fuisse testatur.

(72) Ita Cangius, pag. 31, ad Zonaram, ex Ic[illegible] dociæ loniis mss. [s. pag. 166, ed. Villois.]

in tribum Chami, filii Noe, a quibus susce-
:um ipsis habitavit. Idem aurea stola indutus
:ura prædicens divitiasque eis impertiens,
iam Deus ab ipsis cultus est.

'orinus, Arelatensis Gallus, sexu hermaphro-
, eruditissimus et philosophiæ peritissimus,
ricæ in primis addictus. Floruit tempore
.ni imp., vitamque produxit usque ad Hadriani
rium. Æmulatus est Plutarchum, Chæronen-
innumeris pene libris conscribendis. Scripsit
ilosophica et historica, quorum magnus est
erus. Ex ipsius libris sunt isti : « De Homeri
ilosophia ; de Socrate et arte ejus amatoria ;
Platone : De philosophorum victu, » et alia.
1 etiam γνωμολογικὰ, *dicta sententiosa* scripsit.
uster, not. tom. III, pag. 572.

:bruarium mensem, a quodam consule, *Februa-*
natione Gallo, quod is invidia ductus Camillum
nendacia expulisse Urbe, deinceps autem ipse,
illo post Brennum profligatum recepto suamque
: dicente causam, turpiter ex Urbe esset ejectus,
e nudatus, junceaque storea circumdatus et
'is cæsus, fuisse denominatum, cæterisque
ısibus factum breviorem, Suidas forsan ex
igonio quodam narrat, sed Kuster, jure, nugas
: meras, judicat.

'laminius ὀχλοκόποςκαὶ δημαγωγὸς τέλειος, ora-
turbæ rudi vendibilis et qui ad populum di-
do supra modum voleret, cæterum ad rem
licam administrandam ineptus. (Ex Polybio,
cap. 80.)

'ronto, Emisenus, orator, qui Romæ, temporibus
eri imp., vixit. Hic Athenis æmulus fuit Phi-
trati primi et Apsinis, Gadareni, ibidemque
it annos circiter LX natus, et Longinum, criti-
m, sororis, Frontonidis, filium hæredem reli-
it. Scripsit orationes multas.

Fulvia (Φολουΐα), Antonii uxor. Hæc Ciceronis
put amputatum genibus suis imposuit, cumque ei
ntumeliosissime illusisset atque illud conspuisset,
ndem diducto ore extractam ejus linguam acu, qua
gendis capillis utebatur, punxit, additisque multis
t gravibus probris, pro rostris exponi jussit, ut,
uo ex loco adversus ipsam olim concionans auditus
uerat, ibidem caput ejus præcisum spectaretur.

G

Gaianus, Arabs, sophista, discipulus Apsinis, Ga-
larensis, vixit Maximini et Gordiani temporibus, et
scripsit *De constructione* libros V, item *Artem rhe-*
toricam et *Declamationes*. Idem Beryti docuit elo-
quentiam.

Galenus, medicus celeberrimus, Pergamenus,
qui Marci, Commodi et Pertinacis temporibus Ro-
mæ vixit, Niconis, geometræ et architecti, F., com-
posuit medica et philosophica, itemque grammatica
et rhetorica, quæ, ut omnibus nota, recensere su-
pervacaneum duxi. Vixit annos LXX.

Genethlias, Genethlii F., ex urbe Petris, sophista,
Minuciani et Agapeti discipulus, æmulus Athenis
A Callinici. Memoria ita valuit, ut declamationem
semel auditam, repeteret. Obiit juvenis, annos na-
tus XXVIII. Scripsit Λαλιὰς sive Διαλέξεις, « Allocu-
« tiones et » Μελέτας « Declamationes, » inter quas
est « Exsul seipsum vendens post Thébarum exci-
« dium Propempticum ad amicos suos, » Dadu-
chum et Asclopiadem· « Orationes panegyricas. »

Gennadius, patriarcha CPol., conspectum ab eo
φάσμα δαιμόνιον, etc.

Georgius, Magnæ Ecclesiæ diaconus et chartophy-
lax, cognomine *Pisides*. Scripsit *Hexaemerum*, sive
De opificio mundi, quod tribus fere militibus ver-
suum iambicorum constat : « De Heraclio imp. et
« bello Persico ; » ad hæc oratione soluta « Aba-
« rica et Encomium Anastasii martyris. » Kusteri
B not. 1, pag. 475.

Gesius (Γησιος), Petris oriundus, Zenonis imp.
temporibus arte medica clarissimus fuit, et Domni,
Judæi, præceptoris sui, gloriam penitus obscura-
vit, etc. Heraiscum, cum Zenonis jussu quæreretur,
domi suæ occultavit, et deinde in fuga defuncto
justa persolvit. Basilicus ideo ab imp. missus Aga-
pium et cæteros philosophos comprehensos in
prætorium abduxit. (Ex Damascio.)

Γνῶθι σεαυτὸν, τὸ νόμισμα παραχάραξον, præcepta
Pythica, « Nosce te ipsum » et « opinionem vulgi « con-
« temne ; » et : « Non veritatem, sed nomisma adulte-
« ra. »

Goetiam, magiam, pharmaciam Medi et Persæ in-
venerunt. *Magia* est evocatio dæmonum benefico-
C rum, boni alicujus efficiendi causa; qualia sunt
Apollonii Tyanensis θεσπίσματα, « præcepta et ora-
« cula ; Goetia, » ἀπὸ τῶν γόων, « a lamentis, » quæ
circa sepulcra audiuntur ita dicta est, per quam
animæ defunctorum evocantur ab inferis. *Phar-*
macia veneficium, per quod alicui pharmaca le-
thalia vel philtra præbentur. Magia et astrologia
e Magusæis, id est Persis, orta est. Persæ Μαγὼγ
sive Μαγουσαῖοι ab indigenis vocantur.

Gorgias, Charmantidæ F., frater Heredici me-
dici, Leontinus, rhetor, Empedoclis discipulus,
magister Poli, Agrigentini, et Periclis et Isocratis
et Alcidamantis, Eleatæ, qui et in schola ipsi suc-
cessit. Porphyrius eum refert ad Olympiadem
LXXX, sed antiquior est. Rhetoricam primus in
D artem redegit, etc. A singulis discipulis centum
exegit minas ; vixit annos CIX et multa scripsit.

Gratianus imp., Valentis sævitiam in Christianos
detestatus, omnibus, lege lata permisit, ut secure
ac libere conventus in ecclesiis propriis agerent,
solis Eunomianis, Photinianis et Manichæis con-
venticula ademit.

Gregorius Nazianzenus in Cappadocia, Basilii,
Cæsariensis, amicus, grammaticus et poeta excel-
lens, multo magis insignis philosophus et orator
ἀμφιδέξιος, *peritissimus* fuit. Multa scripsit oratione
soluta ad τρεῖς μυριάδας στίχων, ad versuum tri-
ginta millia. Ex his sunt : « De obitu fratris Cæsa-
« rii ; Oratio funebris in patrem suum ; altera
« sororem Gorgoniam ; De pauperibus amandis ;

« des Machabæorum; Laudes Cypriani; Laudes Athanasii; Laudes Heronis philosophi; Contra Julianum imp. orationes; De Spiritu sancto oratio una; « Orationes panegyricæ X, » aliæque plurimæ, quæ omnibus notæ sunt. Secutus est genus dicendi, quo usus est Polemo, Laodicensis, qui Smyrnæ eloquentiam docuit et Aristidis rhetoris præceptor fuit. Scripsit et librum versibus hexametris, in quo *Virginitas* et *Conjugium* inter se colloquuntur. Item de aliis argumentis diverso et omnifario genere carminis ad versuum triginta millia. Hujus meminit Philostorgius, licet Arianus, etc. Gregorius, alio Ecclesiæ suæ episcopo in locum suum substituto, ipse ruri vitam monachi egit decessitque decimo tertio Theodosii imp., annos natus amplius XC.

Gregorius, episc. Nyssenus, frater Basilii Cæsar., eruditissimus et eloquentiæ laude nulli veterum cedens. Eximium librum *Contra Eunomium* scripsit et aliud *De fabricatione hominis*, aliasque homilias plurimas. Item « In Cantica canticorum, In Ecclesiastem, » et « Ad sororem Macrinam, » longam et elegantem orationem de anima. Scripsit et multa alia et admirabile illud « Encomium Stephani, » primi martyris, et « Vitam Gregorii Thaumaturgi. »

Gregorius, qui et Theodorus, Thaumaturgus, Neocæsareæ id Ponto episcopus, ob Græcarum Latinarumque litterarum studium e Cappadocia adolescens se Berytum et inde Cæsaream Palæstinæ contulit cum fratre Athenodoro. Hos Origenes per quinquennium erudiit et ad fidem Christi paulatim reduxit. Gregorius, in patriam rediturus, Origeni præsenti gratias egit *Oratione panegyrica*, quæ etiamnum exstat, Scripsit et *Metaphrasim et Ecclesiastem*, brevem illam, sed admirabilem: multasque *Epistolas*. Decessit sub Aureliano clarus miraculis, quæ episcopus edidit. — Athenodorus, Gregorii frater, sophista, scripsit « De incarnatione et fide « orationem. »

Gregorius, Hermiæ, philosophi, frater plane dissimilis, supra modum actus et ad quæstiones et disciplinas expeditus, cæteroqui inquietus, etc., (E Damascii Hist. philosophica.)

« Gygis annulus, » de hominibus valde versutis et callidis, etc.

Γυμνασία διαλεκτική. Hujusmodi libros Aristoteles et Theophrastus scripserunt, quibus docent rationem probabiliter in utramque partem disserendi.

Gymnasius, Sidonius, sophista, imperatoris Constantini temporibus vixit. Scripsit « Declama« tiones » et « Commentarium in Demosthenem » et alia quædam.

H

Hæresis. Hippobotus dicit, novem esse sectas sive disciplinas philosophorum, « Megaricam, Ere« triacam, Cyrenaicam, Epicuream, Anniceriam, « Theodoriam, Zenoniam » seu « Stoicam, Acade« micam et Peripateticam » Cynicæ autem et Eliacæ ac dialecticæ non meminit. Pyrrhonia non poterit appellari secta, nulla enim habet dogmata ... has secta ecclectica introducta est a ... Alexandrino, qui ex singulis sectis ea, quæ ... cerent, eligebat, etc. (Ex Laertio l. segm. ...)

Harpocras, Ammonio (Hermeæ) ... Nicomedi, Isidoro, Horapollini, Heraisco ... mo Ægyptius qui Zenonis imp. tempore ... fra in Horapolline. (Ex Damascio.)

Harpocration, Argivus, Platonicus philo... Cæsari familiaris. Scripsit « Commentari... « Platonem libros XXIV, et Dictionum P... « carum libros II. »

Harpocration (Caius), sophista, scrip... « Antiphontis figuris; De Hyperidis et L... « tionibus, » et alia.

Harpocration (Ælius), sophista, scripsit ... « quæ oratores ignorasse videntur; Argum... « tionum Hyperidis; Ementitam esse Hero... « toriam; De ordinibus militaribus apud La... « tem, De arte rhetorico; De formis orati...

Harpocration (Valerius), rhetor Alexan... scripsit « Lexicon decem oratorum; « A... συναγωγήν, sive « floridorum collectanea ...

Hecatæus, Abderites, philosophus, qui et Cr... et Grammaticus cognominatus est, quod ... grammatico abunde instructus esset. ... Alexandri Magni successoribus. Scripsit ... alia de Homeri et Hesiodi poesi.

Hecatæus, Hegesandri F., Milesius, vixit ... bus Darii, qui post Cambysem regnavit (quo ... et Dionysius Milesius vixit), Olympiade ... riographus. Hoc junior fuit Herodotus, ... seus, qui multum ei debet. Fuit Hecatæ... Protagoræ et primus historiam ... scripsit, uti primus Pherecydes (res ph... itidem oratione soluta exposuit. Scripta ... silai adulterina sunt. (Infra, in ἱστορία...

Ἡκάτειον. Habebat Theagenes Hecatæ ... crum, quod, quocunque iret, consolebat ... καπνὸς, *fumus* vocabatur. Fuerunt et alii duo ... genes, quorum alter de Homero scripsit, alter ... mollitiem fuit infamis. Conf. Küsteri not. ... pag. 687.

Hecebolius, sophista CPolitanus, sub Constan... tino Christianismi se ardore flagrare simulans, ... Juliano stolidus ethnicus, post ejus obitum iterum Christianus, πατήσατε με, clamavit, τὸ ἅλας ἀναίσθηνα, « conculcate me, fatuum salem. »

Hegelochus, tragicus histrio, in Euripidis ... pro γαλήνὰ ὁρῶ pronuntiavit γαλῆν ὁρῶ. Eum, ... voce insuavem, perstringit Plato.

Hegemon, Demostheni memoratus pro Cte... phonte. Unus erat illorum, qui Macedonum par... bus favebant et muneribus corrupti credebantur.

Hegemon, Thasius, cognomento Φακῆ. Ex ejus dramatibus Φιλίννα teste Athæo in Dipnosophistis, XV, c. 46, pag. 699. V. Küster, pag. 42, not. 11; et pag. 43, not. 1.

Hegesippus, Crobylus cognomento, cujus ...

tur septima Philippica, Demosthenis nomine A
ipta. Ex ejus dramatibus est Φιλέταιρος, ut
init Athenæus.
egias patrem virtute et scientia antecessit et
adolescens spem fecit, se Plutarcho (Athe-
isi) non inferiorem fore, unde Proclus ipsum
uc juvenem non indignum habuit oraculorum
ldaicorum auscultatione, etc. (Ex Damascio.)
elenus conscripsit χειροσκοπικὸν οἰώνισμα. « Di-
nationem quæ fit per inspectionem manuum. »
uti cum expansis et apertis alicujus manibus,
ipsarum rugis conjicimus, eum liberos procrea-
um esse, vel simile quid.
Heliconius, sophista Byzantinus, scripsit *Com-
dium Chronicon* ab Adamo usque ad Theodosium
gnum, libris decem.
Heliconius, astronomus, scripsit *Apotelesmatica*, B
diosemeis et multa alia.
Helladius, Alexandrinus, grammaticus, qui sub
odosio juniore imp. vixit. Scripsit ordine al-
abetico « De usu omnis generis vocabulorum ;
Ἔκφρασιν φιλοτιμίας, Descriptionem ambitionis;
Bacchum *sive* Musam. Descriptionem balnei Con-
tantiani ; Laudes imp. Theodosii.
Hellanicus, Mytilenæus, historicus, Andromenis
l Aristomenis F. vel Scamonis, cui cognominem
ium habuit. Commoratus est cum Herodoto apud
nyntam regem, Euripidis et Sophoclis tempori-
is, sectatusque Hecatæum Milesium, qui vixit
mpore belli Persici et paulo ante. (Scripsitque
rræ periodum et historia.) Prior pervenit usque C
. Perdiccæ tempora, obiitque Perperenæ, quæ est
regione Lesbi. Scripsit plurima tam prosa quam
etrica oratione [quæ Kuster. I, pag. 708, recen-
t, vel potius addit iis quæ Vossius congesserat.]
Heniochus, Atheniensis, mediæ comœdiæ comi-
is. Ex fabulis ejus sunt Τροχίλος. Ἐπίκληρος.
ργόνες. Πολυπράγμων. Θωρύκιον. Πολύευκτος.
ιλέταιρος. Δὶς ἐξαπατώμενος. (Fuit et nostra ætate
olyeuctus (73), homo nefandus, semivir, Deo in-
isus, iracundus, Cocyti et Stygis horribilis et per-
iciosus humanæ vitæ partus.)
Hephæstion, Alexandrinus, grammaticus, scripsit
nchiridion de metris et μετρικὰ varia, sive quæ
d doctrinam de versibus spectant. Περὶ τῶν ἐν
οιήμασι παραλῶν, « de iis quæ in poematibus tur- D
bata sunt. Comicorum dubiorum solutiones. » Et
lia plurima. Item *metrorum dimensiones*.
Heracleon, Ægyptius, ex oppido Tilote, quod He-
acleæ subjectum est, grammaticus. Romæ docuit.
Scripsit *Commentarium in Homerum*, κατὰ ῥαψῳδίαν
sive secundum ordinem rhapsodiarum. Item *In Ly-
ricos*, et *De verbis imperativis apud Homerum*.

(73) Non est credibile, quod video quibusdam venisse in mentem, his verbis perstringi a Suida Polyeuctum, qui patriarcha CPol. fuit ab a. C. 956, ad 970. Fabr. — At tamen I. M. Gesnerus ad Luciani Pseudologistam, ab init. tom. III, pag. 161, ed. Reitzii, judicat, a Suida intelligi Polyeuctum patriarcam CPolit., quippe cujus ætas accuratissime cum ætate Suidæ, a Kustero constituta, conveniat.

Heraclides, Euphronis F., philosophus, ex Heraclea Ponti : genus retulit ad Damidem, unum ex illis qui coloniam Thebis Heracleam deduxerunt. Fuit Platonis auditor et ab ipso, in Siciliam profecto, relictus, ut scholæ præesset. Hic draconem aluit, mansuefactumque semper secum habuit, qui etiam inventus in ejus lecto est, cum bene valens cubitum ivisset, sed postea repertus non fuisset. Alii itaque immortalem factum fuisse sibi persuaserunt : alii in puteum se præcipitasse, ut immortalitatem consecutus hominibus videretur. Multa scripsit.

Heraclides, Ponticus, ex Heraclea, urbe Ponti, grammaticus, qui Didymum illum τὸν πάνυ Alexandriæ auscultavit. Hic cum audivisset quoque Aprum Aristarchi discipulum, qui Romæ celebre nomen habebat et Didymum frequenter perstringebat, *Sapphico* vel *Phalæcio* metro scripsit libros tres explicatu difficiles, multisque dubiis quæstionibus plenos, quos Διέσχας sive *Nugas* inscripsit. Romam his delatis, Apro adversarium se professus, mansit ibi temporibus Claudii et Neronis, ludumque litterarium aperuit. Multa etiam scripsit *Poemata epica*.

Heraclides, Oxyrynchita, philosophus, Serapionis F., cognomine Lembus, vixit sub Ptolemæo VI, scripsitque *Fœdus cum Antiocho factum*, item *Philosophica* et alia.

Heraclides, Lycius, sophista, librum composuit quem inscripsit Νικήτης ὁ κεκαθαρμένος, *Niceta purgatus*, ignorans se pygmæorum spolia aptare colosso. Conf. Kusteri not. 12, tom. II, pag. 70.

Heraclitus, Blysonis (74) seu Bleutonis vel Horacini F., Ephesius, philosophus physicus, cognomento σκοτεινὸς, sive *obscurus*. (Confer supra in Δηλίου κολυμβητοῦ.) Hic nullius philosophi discipulus fuit, sed naturæ beneficio et suapte industria ingenium excoluit : quidam tamen tradunt, Xenophanis vel Hippasi, Pythagorici, auditorem fuisse. Vixit Olympiade LXIX, sub Dario, Hystaspis F. Multa scripsit ποιητικῶς. Corpus contemnebat et judicabat κοπρίων ἐκβλητότερον, stercore vilius, facileque, aiebat, se naturæ desideriis satisfacere, quandiu Deus corpore ut instrumento uti juberet. Aqua intercute laborans se medicis non præbuit curandum, sed corpus suum fimo bibulo illitum soli siccandum exposuit. Sic jacentem canes dilacerarunt, vel, ut alii, ipsum obrutum arena periisse contigit.

Heraclius, Romanorum imp. Hic ab Athanasio, Jacobitarum patriarcha, et Sergio Syro (patriarcha) CPolis ad hæresin Monothelitarum pertractus est, etc.

Heraiscus ingenio fuit diviniore, Asclepiades,

Harl. — Pericopem inclusam delevit novissimus Suidæ editor Halensis D. Goth. Beruhardy, quem vide tom. I, p. 857. Edit. Patr.

(74) Apud Diog. Laert. scribitur Βλύσωνος· ἤ (ὡς τινες) Ἡρακλείτου, apud Suidam vero Βλόσωνος, ἢ Βλεύτωνος· Οἱ δὲ Ὡραχίνου. V. Kuster. II, pag. 72 not. 6. Harl.

Ægyptiorum libris diutius innutritus, theologiæ ipsorum ac sapientiæ peritior. Heraiscus simulacra Numine animata a cassis distinguere poterat (supra in διαγνώμων) ; nam iis conspectis cor ejus numine agitatum compungebatur. Sic cognovit τὸ ἄῤῥητον ἄγαλμα τοῦ Αἰῶνος, *arcanum simulacrum Æonis*, quod Alexandrini Osiridis et Adonidis simul nomine colunt κατὰ μυστικὴν θεοχρασίαν. Mulierem menstruatam videnti dolebat caput. Mortuo cum Asclepiades honores sacerdotibus debitos reddere, et τὰς Ὀσίριδος ἐπὶ τῷ σώματι περιβολὰς, Osiridis vestibus corpus ejus tegere pararet, confestim luce undique illuminabantur τῶν σινδόνων ἀπόῤῥητα διαγράμματα arcanæ sindonum litteræ, et circa ipsum conspiciebantur φαντασμάτων εἴδη θεοπρεπῆ, formæ spectrorum divinæ. Fertur ex matris utero prodiisse digitum, silentii indicem, labiis admotum habens quomodo Ægyptii fabulantur, natum esse Orum et Solem ante Orum, ita ut sectione ad digitum removendum opus fuerit. Et Heraiscus fuit Bacchus, ut somnium indicavit. At Asclepiades theologiæ patriæ peritissimus, cujus rei documentum sunt *Hymni* quos in Ægyptiorum deos conscripsit, item opus, quod scribere instituit *De omnium religionum consensu*. Scripsit etiam opus Αἰγυπτίων ὠγυγίων, *Ægyptiorum vetustissimorum res gestas* et historiam annorum paulo plus triginta millium complectens, etc. Ammonius et Erythræus Ægyptius inter se contendebant Byzantii, etc.

Hercules, Alcmenæ F. Hunc tradunt fuisse philosophum, quem pingunt pelle leonia, hoc est prudentia et constantia, amictum, qui clava philosophiæ peremit draconem cupiditatis, et ab ea abstulit tres virtutes, scilicet non irasci, non esse avarum, nec voluptatibus deditum. — Sub Minoe exstitit Hercules, Tyrius, qui purpuræ tincturam invenit, cane maxillas (sanguine conchylii) cruentato ; eamque obtulit Phœnici regi, qui primus purpuram gestavit.

Herennius. Philo Byblius, Herennius cognominatus, ut ipse dicit.

Hermagoras, Amphipolitanus, philosophus, Persæi discipulus. Dialogi ipsius sunt, *Misocyon*. Περὶ ἀτυχημάτων, *De infortuniis*, Ἐκχυτόν, ἐστι δὲ ὠοσκοπία, *Effusum* sive *De ovorum inspectione*. Περὶ σοφιστείας, *De arte sophistica* adversus Academicos.

Hermagoras ex Temno, Æoliæ urbe, cognomento Carion, rhetor, scripsit *artem rhetoricam* libris VI, Περὶ ἐξεργασίας, *De elaboratione*. Περὶ πρέποντος, *De decoro*. Περὶ φράσεως, *De elocutione*. Περὶ σχημάτων, *De figuris*. Hic una cum Cæcilio Romæ docuit Cæsaris Augusti temporibus, et ætate provecta obiit.

Hermes, sapiens Ægyptius, ante Pharaonem floruit vocatusque fuit *Trismegistus*, quod de Trini-

A tate locutus fuerit, dicens, in Trinitate Deitatem. Ἦν φῶς νοερὸν πρὸς νοεροὺς, ὁ νοῦς νοὸς φωτεινὸς καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ τῆς, καὶ πνεῦμα πάντα περιέχον· ἐκεῖς Θεὸς, οὐκ ἄγγελος, οὐκ οὐσία ἄλλη, etc. in Julian.)

Hermias, eunuchus, Atarnæ, regionis Hellespontum præfuit, regi Persarum s Eunuchus cum esset et servus Eubuli, Bit nastæ et philosophi, litteris ab Aristotel tus, *De anima* scripsit, eamque immorta docuit. Hic est eunuchus ille, ter vendit telis amicus, cui filiam suam adoptivam dedit. Sed et ipse, licet θλαδίας, filiam uxore Pythiadem. Scribitur Ἑρμίας, ut

B ἰαμβικοῖς Hipponactis (75) : Εὐνοῦχος ὡς Ἑρμίας.

Hermias (Ἑρμείας), philosophus, Am Heliodori, magistrorum Damascii, pate intimus Ægypti, cupidissimi litterarum Theodotæ, quæ erat mater Isidori ph Huic Ægypto, morienti, jurejurando affirma mam esse immortalem, quam fiduciam ip bat vitæ integritas. Philosophiam colui Syriano, industria nulli sodalium suorum clo quidem, inferior. Licet vero τὰ μὲν ἐ ἐνδεέστερος, ἡ κατὰ τὴν ἀκρίβειαν, ab et eloquentiæ perfectione abesset, virtute ita sectabatur, ut ne Momus quidem repr nec invidia ipsa odio eum prosequi pos

C erat in illo æquitatis studium, ut, si qu librum verbi gratia, venditori minoris lo renti quam par esset, justum pot daret.

Hermippus, Atheniensis, comicus mœdiæ, luscus, frater *Myrtili* comici, cuit XL.

Hermippus, Berytius, ex *vico* mediterr scipulus Philonis, Byblii, a quo commend Herennio Severo sub Hadriano imp. Hic q genere libertinus esset, tamen eruditus a fuit et multa scripsit.

Hermogenes, Tarsensis, cognomento Σωσιπάτ *rasorem* dixeris : sophista, quem *Musonius* ph phus, et Marcus imp. audivit, vix natum annos

D ingenii felicitate et doctrina captum *ejus* æ longe superante. Annos natus circiter XVIII, scr *artem rhetoricam*, quam omnes in manibus hab « De statibus causarum librum, De formis ora « nis libros duos : De Cœlesyria libros II. annum ætatis XXIV attigisset, *ingenio* defec sui prorsus dissimilis evasit sine ulla manif causa aut morbo corporis : unde *dictum* Ἑρμ νης ὁ ἐν παισὶ γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς, h *pueros senex et inter senes puer*. De hoc *Philostrat* Lemnius, etc. Cadavere ejus dissecto cor dir

(75) Oportet nomen esse corruptum, vel juniorem Hipponactem intelligi. Nam Hipponax ille an tiquus diu ante Hermiam fuit.

ım pilis obsitum et communem magnitudi- A
nge superasse.
ıolaus, grammaticus Cpolitanus, scripsit
ıen ἐθνικῶν Stephani grammatici, eamque
ano imp. dedicavit.
›des Julius, filius Attici, Plutarchi nepos, ge-
Eacides, Atheniensis, ex municipio Mara-
, sophista, ob thesaurum (repertum) valde
adeo ut et stadium et theatrum tecto muni-
.theniensibus condiderit. Ipsius pater Asiæ
it et bis consulatum gessit. Vixit Trajani,
ani et Marci Antonini, impp. temporibus et
inum Polemonemque præceptores habuit.
ıit Ἐφημερίδας, opus, varia eruditione ple-
item *Epistolas* et *orationes* extemporales,
m meminit Philostratus in Vitis sophista-
Ei in schola successit Adrianus, sophista.
mferuntur et multa alia illius scripta, ex
s et ingenii ejus magnitudo, et mentis subli-
perspici potest. Obiit circa LXXVI ætatis
n, tabe confectus.
·odianus, Alexandrinus, grammaticus, Apollo-
rammatici, cognomine Dyscoli, F. Vixit tem-
Marci Antonini imp., quare junior est Diony-
ıui musicam historiam conscripsit, et Philone
io. [De ejus operibus multus est Kuster. ad h.
m. II, pag. 78, n. 8.]
rodotus, Lyxi et Dryonis F., Halicarnasseus,
tri genere natus, fratrem habuit Theodorum.
um migravit propter Lygdamidem, qui post
ıdelim, patrem aviamque Artemisiam tyrannus
:arnassi erat. Sami Ionicam dialectum exco-
et *Historiam libris* IX scripsit, auspicatus a
, Persa, et Candaule, Lydorum rege. Reversus
de Halicarnassum, tyrannum expulit, invidia-
civium tangi se cum sensisset, Thurium, quo
Athenienses coloniam deducebant, ultro con-
it, ubi defunctus et in foro sepultus est. Sunt
en, qui aiunt, Pellæ obiisse. De Herodoto ὁ πα-
ίτης (Julianus) in epistola : Εἴ τῳ πιστὸς ὁ
ριος εἶναι λογοποιὸς δοκεῖ, « Si cui Thurius ille,
storiæ scriptor, fide dignus esse videtur.
ieron, Cotyos F., Atheniensis, rhetor, qui
ausas, Athenis actas, *scripsit*. *Item* Expositio-
em (*orationum*) Dinarchi : commentarios in
erodotum, Xenophontem, Thucydidem, Κεκρι- D
ένων ὀνομάτων selectorum vocabulorum libros
II. Epitomen Heraclidis historiarum ; De anti-
ıuis oratoribus et orationibus, quibus in com-
nissionibus vicerunt ». Heroni Proclus se com-
sit, viro pio et qui perfecte se comparaverat ad
titutionis rationem Alexandriæ usitatam.
ierophila, quæ et Sibylla Erythræa, Theodori
a. Scripsit versu heroico βιβλία γ' μαντικά, *tres*
inationum libros, et consulum, vel (ut alii tra-
nt), Tarquinii temporibus Romam venit, sperans
› magno sibi quæstui fore Sed cum contemni se
ieret, duos libros cremavit : unus vero servatus
t, quem Romani magno pretio redemerunt.

Hersilia, nomen proprium. De ea Dionys. Hali-
carn. Antiqq. Rom. lib. II.

Hesiodus, Cumanus, a patre Dio, et matre Py-
cimede, adolescens translatus est Ascram, Bœotiæ
civitatem. Dius filius Ampelidæ, nepos Melanopi,
quem aiunt fuisse avum Homeri avi, ita ut Home-
rus natus sit ex patruele Hesiodi. Utriusque genus
ab Atlante deduci ferunt. Poemata Hesiodi, « Theo-
« gonia. Opera et dies, Clypeus, Heroinarum mulie-
« rum Catalogus libris V, Epicedium in Batrachum,
quem amaverat, De Idæis Dactylis », et alia multa.
Obiit hospitio exceptus ab Antipho et Ctimeno, qui
noctu putantes se sororis suæ stupratorem interfi-
cere, Hesiodum obtruncarunt inviti. Homero alii
antiquiorem faciunt, æqualem alii. Porphyrios alii-
que plurimi annis centum juniorem, ut tantum B
XXXII annis primam Olympiadem antecesserit.
Adde Kusteri not. 6 et 6, tom. II, pag. 80.

Ἕσπερος. Parmenides (alii aiunt Phythagoras),
primus deprehendit, eumdem esse Vesperum et
Luciferum.

Hesychius Milesius, Hesychii, causidici, et Sophiæ
F., temporibus Anastasii (et Justiniani) impp., vixit.
Scripsit Ὀνοματολόγον, ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ἀνο-
μαστῶν, οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον, *Nomencla-
torem*, sive qui liber illius est Epitome, « Indicem
« virorum qui doctrina clari fuerunt. *Item* Historiam
» chronicam, *quam in* sex diastemata (sic enim sin-
gulos libros appellat), distinxit. In his libris conti-
nentur impp. Romanorum res, variis temporibus
C gestæ et historia regum ac principum qui singulis
gentibus imperitarunt ; item ea quæ Byzantii gesta
sunt usque ad imperium Anastasii, cognomento
Dicori, In Indice sua nullam facit mentionem eccle-
siasticorum doctorum, qui eruditione clari fuerunt,
ut hinc suspicari liceat, eum non fuisse Christianum,
sed ethnicorum nugis et vanis studiis addictum.

Hierocles, philosophus Alexandrinus, ingenio et
dicendi facultate excellens, cujus discipulus, Theo-
sebius, aiebat Hieroclem aliquando inter docendum
dixisse, Socratis sermones tesseris esse similes,
ut qui semper erecti stent, quocunque cecidissent,
Hieroclis animum virilem magnumque adversa for-
tuna demonstravit. Cum enim Byzantium profectus,
Christianos, quorum summa potestas erat, offendis-
set, in judicium ductus et verberibus cæsus sangui-
nem, quo manabat, cava manu excepit, eoque ju-
dicem aspersit dixitque : Κύκλωψ τῇ, πῖ' ἶνον, ἐπεὶ
φάγες ἀνδρόμεα κρέα (Odyss. I, 347). « En, Cyclops,
« bibe vinum postquam humanam carnem devoras-
« ti ». Post exsilium inde reversus Alexandriam,
more solito philosophiam discipulis exposuit. Men-
tis ejus sublimitas perspici potest ex *commentariis*
quos scripsit « in aurea carmina Pythagoreorum »,
et pluribus aliis libris *De Providentia*, ex quibus
apparet virum illum animo quidem excelso, sed
scientia minus accurata præditum fuisse.

Hieronymus, tyrannus, de cujus morte (κατα-
στροφῇ) qui scripserunt, historici multa verba fe-

runt de rebus atrocibus, quæ in ipsius obitu acciderunt ut nec Phalaris, nec Apollodorus, nec unus alius tyrannus fuerit illo acerbior, etc.

Hieronymus, Cardianus, qui *res ad Alexandriam gestas*, τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρου, πραχθέντα (Kusterus legit τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρον, *res Alexandri Magni*), conscripsit. Cardia nomen urbis (in Thracica Chersoneso).

Hilarius, Phryx, sub Joviano imp. vixit, vir non quidem eruditionc celebris, sed Deo visum erat, futurorum præscientiam illi impertiri. Itaque præstantissimus vates fuit.

Himerius, Aminiæ rhetoris F., ex Prusiade, Bithyniæ civitate, sophista, Juliani imp. temporibus vixit et Athenis Proæresii æmulus fuit, oculosque in senectute amisit. Scripsit *Declamationes*.

Hipparchia, soror Metroclis, Cynici, Maronitis, philosopha Cynica, uxor Cynici Cratetis, qui fuit Atheniensis, discipulus Brysonis, Achæi, vel, ut alii tradunt, Diogenis. Scripsit philosophica quædam, item argumentationes nonnullas et quæstiones ad Theodorum, atheum. Floruit Olympiade CXI. (Confer quæ Suidas in Ἥρα.)

Hipparchion mutus. Duo fuerunt Citharœdi, Hipparchion et Rufinus. Cum autem instaret cermen, Hipparchion mutus stetit.

Hipparchus, comicus antiquæ comœdiæ. Dramata ejus, de nuptiis.

Hipparchus, Stagirita, philosophus, Aristotelis discipulus et cognatus. Scripsit de masculino et feminino sexu nuptiisque deorum, et alia quædam.

Hipparchus, Nicæensis, philosophus, qui sub consulibus vixit. Scripsit « De Arati phænomenis; « De stellarum inerrantium constitutione et sta- « tione ; De menstruo lunæ motu secundum latitu- « dinem, *et* In asterismos ». [Proba est emendatio *In asterismos*. In Suidæ textu legitur Εἰς τοὺς ἀριστους, quæ lectio jure videbatur vitiosa Kustero, at qui, quomodo sanari posset, non reperiebat.]

Ἱππάς, *equester ordo*. Solon, qui leges Atheniensibus scripsit, totam eorum multitudinem in quatuor classes distinxit, etc.

Hippias, Diopithis F., Eleus, sophista et philosophus, discipulus Hegesidami, qui summum bonum statuebat αὐτάρκειαν. Multa scripsit. — Diversus est Hippias, tyrannus Atheniensis, de quo multus est Suidas.

Hippobotus, philosophus, qui dixit novem esse philosophorum sectas. Vide supra in *Hæresis*.

Hippocrates, Gnosidici F., Cous, pater Heraclidæ, celebris Hippocratis avus, medicus et ipse e familia Asclepiadarum. Scripsit artem medicam.

Hippocrates, Cous, medicus, Heraclidæ F. Hippocratis nepos avo præfertur, sidus quoddam ac lumen medicinæ, quo nihil est vitæ utilius. Ex posteris Chrysi et ejus filii, Elaphi, qui et ipsi fuere medici. Discipulus primum patris, postea Herodici, Selybriani et Gorgiæ, oratoris ac philosophi. Aiunt etiam, adolescentem accessisse ad Democritum Abderitam, alii Prodicum audivisse. Commoratus est in Macedonia, ubi regi Perdiccæ admodum fuit relictisque duobus filiis, Thessalo et obiit anno ætatis CIV, sepultus Larissæ lia. In simulacris et imaginibus caput tur pallio tectum : vel quod hic esset m propter peregrinandi studium, vel quod chirurgiam exercere soleret. Hic multa apud omnes clarus evasit, adeo ut magnarum rex, Artaxerxes, scriptis ad Hystanem hujus viri sapientiam expetierit. « Rex « magnus Artaxerxes », etc. Libri Hippocranibus medicinæ studiosis sunt notissimi ut oracula divina, ὡς θεοῦ φωνὰς καὶ οὐκ προσλθούσας ἐκ στόματος, venerantur. Primum « jurandum, *secundus* Prædictiones, *tertius* « rismorum ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνων σύνεσιν « perat ingenium humanum ». Quartum tenet celeberrimum illud et admirabile ginta librorum sive *Hexecontabiblus*, quod medicam scientiam et sapientiam contin

Hippocrates, Thessali F., Cous, medicus, Hippocratis secundi, filii Heraclidæ. Scr ipse medica.

Hippocrates, Draconis F., Cous, medicus dem Hippocratis secundi nepos, qui Rom ravit et sub Cassandro, Antipatri F., e sit. Scripsit et ipse medica.

Hippocrates, quintus et sextus, medic Thymbræi filii, Coi et ipsi, ejusdemque Scripserunt ambo de eadem scientia

Hippocrates, septimus, Cous, et ipse Praxianactis F., ejusdemque generis ipse de eadem arte.

Hippolytus. Hic scripsit in prophe commentarium, et in Proverbia Salom *Hippolytum imitabor*, de iis qui castita tentur.

Hipponax, Pytheæ et Procridis F., Ephes borum scriptor, qui Clazomenis habitavit a tyrannis, Athenagora et Coma. Scripsit lum et Athenidem, statuarios, quod imagines ludibrii et contumeliæ gratia effluxissent. Hic primus parodiam et choliambum scripsit, [V. Küster. tom. II, pag. 148, not. 4, qui loc Suidæ male transpositum de auctore parodiæ choliambi bene reduxit in suam sedem, suo auctori reddidit inventionem.]

Hippys, Rheginus, historicus, qui tempore bel rum Persicorum vixit et primus Res Siculas psit, quas postea Myes redegit in compendium « Origines Italiæ ; Sicularum rerum libros V « nicorum libros V ; Argolicorum libros III ».

Ἱστορῆσαι. Vide supra in *Hecatæus*, ubi eadem de Hecatæo, Pherecyde et Acusilao leguntur.

Homeridæ, qui versus Homericos recitabant familiam hoc aiunt nomen tulisse a poeta Homero Alii posteros Chiorum, qui in Bacchanalibus p data invicem ὅμηρα sive obsides acceptos a pug et furore quieverunt.

ιήρειος λόγος. Ὁμηρίζω, « verbis Homeri utor. »
Homeri, poetæ, genere, patria, ætate, etc. plu-
apud Suidam et in Kusteri ad illum notis, tom.
ıg. 628 seqq. leguntur, qui Vitæ quoque ejus,
erodoto historico scriptæ, meminit et ex illa
ım ῥῆσιν recitat. Præterea de scriptis ejus
habet: Poemata Homeri, quæ a nemine in
ım vocantur, sunt *Ilias* et *Odyssea*. Scripsit au-
Iliadem non simul, neque continua serie,
ıadmodum nunc est composita, sed ipse sin-
ɜ libros a se scriptos recitavit, et in urbibus
victus quærendi gratia obibat, reliquit. Postea
compositi et in ordinem redacti fuerunt a
ıis, præcipue vero a Pisistrato, Atheniensium
ıno. Homero alia etiam quædam poemata tri-
ıtur, ut « Amazonia, Ilias minor, Νόστοι, Ἐπι-
ʼλίδες *sive* Turdi, Ἠθιέπακτος (*Bentleius legit* παπάκτιον), *sive* Iambi, Ranarum et murium
gna, Ἀραχνομαχία, *sive* Araneorum Pugna, Κε-
μίς, Amphiarai, Ἐξέλευσις *seu* Expeditio, Ἁλι-
ια *sive* Ludicra ac joci; Siciliæ Expugnatio, Epi-
alamia, Κύκλος *sive* Poema cyclicum, Hymni
Cypria. » His infra ex Herodoto addit Κέρκωπας
ʼαρομαχίαν sive *Sturnorum pugnam;* affertque
grum *Caminum* variaqne alia Homeri brevia
nina. Filii Homeri fuere Eriphon et Theolaus
er Stasinus, Cyprius, etc.
omerus, Andromachi et Myrus, Byzantiæ, F.,
mmaticus et poeta tragicus, unus e pleiade. Flo-
; Olympiade CXXIV. Scripsit tragœdias XLV.
omerus, cognomento Sellius, grammaticus,
ipsit Hymnos. Ludicra varii generis, versibus :
ʼrosa de personis comicis et Argumenta comœ-
rum Menandri, Infra, Σέλλιος.
)μοιομέρεια. Anaxagoras philosophus dicebat
una habitari et esse in ea colles et convalles.
ncipia vero rerum esse *Homœomerias* sive par-
las, rebus singulis similes. etc.
lomoloius (Ὁμολώϊος) Jupiter, Thebis et in aliis
otiæ civitatibus cultus et in Thessalia nomen
)et ab Homoloia fatidica, Eunyei filia, quam,
em, Delphos missam fuisse aiunt, ut Aristopha-
ɜ libro secundo Rerum Thebaicarum tradit. Ister
ʼo libro XII Συναγωγῆς sive Collectaneorum, a
ːis studio, quod ὅμολον est apud Æoles (76). Est
Thebis Ceres, quæ *Homoloia* appellatur.
Ὧραι. Est liber quidam Prodici, *Horæ* inscriptus,
quo Herculem facit virtuti et vitio occurren-
n, cumque utraque ad suos mores eum invita-
t, Herculem virtuti se adjunxisse, et illius sudo-
s anteposuisse voluptatibus vitii, ad breve tan-
m tempus durantibus,
Horapollo, ex Phænebytide, vico Panopolitanæ
æfecturæ grammaticus, ob artem clarus, et nulli
terum doctissimorum grammaticorum secundus
ːcuit Alexandriæ in Ægypto, deinde CPoli tem-
ıre Theodosii imp. Scripsit Τεμενικά, « De delu-

A « bris et locis sacris; Commentarium in Sophoclem « Alcœum et Homerum. » Videtur Christianus fuisse factus, ut Heraiscus prædixerat fore, etc.

Ὑμνοπόλος, *carminibus alios celebrans.* De Alemane, lyrico, epigramma, πολλαὶ πατρίδες ὁμνοπλων.

Ὑώδεις. Suillis moribus et ovino ingenio præditi filii Hippocratis (diversi a medico), Telessipus, Demophon, Pericles, a comicis perstringuntur.

Hypatia, Theonis geometræ, Alexandrini philosophi, filia, uxor Isidori philosophi, floruit temporibus Arcadii imp. Scripsit « Commentarium in « Diophantis astronomicum Canonem; in Conica « Apollonii. » Alexandriæ nata, educta et erudita, ingenio præstantiore quam pater, non acquiescens paterna in mathematicis institutione, cæterœ etiam philosophiæ strenuam operam impendit, et mulier B sumpto pallio per mediam urbem progrediens publice audire se volentibus Platonem vel Aristotelem vel cujusvis alterius philosophi scripta enarrabat. Hypatia dilacerata fuit ab Alexandrinis, et corpus ejus cum ludibrio per urbem disjectum, quod factum aiunt ex invidia Gyrilli, vel, ut alii, quod Alexandrini natura essent audaces et ad seditionem proclives. Nam multos etiam episcoporum suorum ita tractarunt, uti Georgium et Proterium, etc. Imperator eam rem gravissime tulit, et ultus esset, nisi Ædesius amicos imperatoris corrupisset. Sed imperator pœnam remittens interfectoribus, in suum ipsius caput et stirpem suam ultionem attraxit. Ejus enim nepos pœnas exsolvit. Nihi ea res imminuit Alexandrinorum studium in C Isidorum; nam ii etiam, qui rhetoricis et poeticis scholis præerant, frequentes philosophi congressus amabant. Mea vero ætas tres novit criticos, qui de iis, quæ de soluta oratione dicuntur, judicare possunt. Poematum enim et scriptorum prosaicorum idem judicium esse constat Ego vero etiam utrorumque eumdem artificem esse judico, si modo utrumque pari studio exerceatur. Isidorum vero inter criticos illos non recenseo, sed tribus illis longe inferiorem esse puto. Judices vero illi sunt Agapius, Severianus, Nomus. Nomus vero noster est æqualis. (E Damascio.)

Hyperbolus, demagogus, quem Thucydides libro VIII per ostracismum relegatnm scribit. Litium amans ab Aristophane perstringitur. V. Kuster III, D pag. 539.

Hyperechius Alexandrinus, grammaticus, temporibus Marciani imp. Scripsit « Artem grammati-« cam; De nominibus; De verbo; De orthographia. »

Hyperides, Glaucippi, rhetoris, vel, ut alii, Pythoclis F., Atheniensis, demagogus optimus et orator unus ex illis decem qui principes censentur. Discipulus fuit una cum Lycurgo Platonis philosophi, et Isocratis rhetoris. Amicus licet Demosthenis, ipsum tamen ob pecuniam, ab Harpalo acceptam, accusavit. Amoribus mulierum addictior fuit. Sub

(76) Conf. Valcken. ad Schol. Eurip. *Phœniss.* v. 1120, pag. 732. HARL.

[illegible] ... Antigonum rege ... [illegible] Hermanæ per Arcturam, [illegible] fugitivorum [illegible] ... [illegible] ... annos sunt LV.

[illegible] ... Pittacus, idemque [illegible] dicitur.

I.

[illegible] ... [illegible] ... qui ... [illegible] ... corporis ... [illegible] ...

Iasion, [illegible] ... [illegible] ... [illegible] ...

Iaceus [illegible] ... [illegible] ... et primum Caucasiæ [illegible] ... [illegible] ... morbus epidemicus invalesceret, [illegible] ... sacris rite peracti, ... per urbem ... [illegible] ... benef ... propulsabant.

Iacchus, Calliopes filius [illegible] ...

Iambe, nomen proprium feminæ, de qua vide a Kuster. II, pag. 89, not. 7, citatos.

[illegible] ... « ... », etc.

Ibycus, Phyti vel Polyzeli Messenii historiographi ... Cerdantis F., genere Rheginus. Inde Samum [illegible] ... Polycrates, tyranni pater, imperaret. Olympiade LIV, temporibus Crœsi, invenit [illegible] ... ab eo dictam, citharæ triquetræ genus. Scripsit dialecto dorica libros VII. Ejus dictum: Μή τι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω, « deos non offendendos, ut inde » gratiam ab hominibus consequaris ». A latronibus interficiendus grues vindices fore dixit, quod comprobavit eventus: unde proverbium, *Ibyci grues*.

Ἰχθύς. Æsopus, Mithridatis anagnostes, scripsit librum de Helena, in quo ait, *cetacei* generis piscem quemdam ... vocari, in hoc asteritem lapidem reperiri, qui a sole accenditur et ad philtra utilis est.

Idæus, Rhodius, Lissi F., poeta epicus, qui post singulos versus alterum versum inserens poema Homeri altero tanto auctius fecit. Scripsit et alia, ut *Rhodia* ad versus hexametros ter mille.

[illegible] ... sive ... philosophia ... [illegible] ... [illegible] ... Auctores fuere Ægyptii, a quibus ad Græcos transmissa.

[illegible] Colloquium Philippi, ... [illegible] ... Judæorum ... temporibus ... qui Judam ... Tiberiade repositi ... Jesum esse Dei Filium ... [illegible] ... Josephum quoque in Commentariis Judaicis aperte dicere Jesum in templo ... [illegible] ... sacra fecisse. De narratione ... codice apocrypho Nov. Test. pag. ... pag. ... quod vero ad codicem Thessalum ... conferendus S. Epiphanius ... II, pag. 133.

Ignatius, diaconus et custos vasorum Ecclesiæ CPol. et Nicææ metropolitanus ... Scripsit *Vitas Tarasii et Nicephori* ... et [illegible] patriarcharum; *Elegos* ... *Iambos in Thomam* ... ...

Ilion urbs Phrygiæ. Tempore Argonaut... Græcis vaticinata est Sibylla Erythræa; vero Tros, Ili et Ganymedis pater, ... Trojam in suum nomen, Ilum in fu...

[illegible] Theognis erat tragicus, quem perstringens Aristophanes ... texisse Thraciam totam, et flumina ...

Ion, Chius, tragicus, lyricus et philosophus ... Orthomenis ... F., tragœdias docere ... piade LXXXII. Fabulas scripsit XII ... alios XXX, vel XL. Idem scripsit ... καὶ συνθέτους λόγους (77) (supra in ... ...), Hunc Aristophanes per jocum ... « (matutinam stellam) ».

Iophon Atheniensis tragicus, genere ... tragici filius, ex Nicostrata. Fuit et ... filius Ariston, ex Theodoride, *Sycionia* ... Iophon docuit quinquaginta, in quarum ... sunt, Ἀχιλλεύς, Τήλεφος, Ἀκταίων, ... Δεξάμενος Βάκχαι, Πενθεύς, et aliæ quædam ... Sophoclis.

Iphicrates, sutoris F., Atheniensis, ... belli dux, qui primus in spoliorum inscri... ducis mentionem fecit, cum antea solius ... nomen inscriberetur.

Irenæus (Latina lingua *Pacatus*), discipulus ... liodori, metrici, grammaticus Alexandrinus ...

(77) Quam falsa hæc sit narratio Suidæ, Ionem scripsisse de meteoris et συνθέτους λόγους, verbis scholiastæ ad Aristoph. *Pacem* male intellectis, docet Kuster ad Suidæ loc. II, pag. 135, ex Bentleii Epist. ad Milium. Contra ea sensus scholiastæ est, poetas dithyrambicos amare verborum transl... nes ἐκ τῶν μετεώρων, ex astris, nubibus ... quæ in sublimi fiunt; libenter etiam uti vocab... sesquipedalibus et coagmentis. HARL.

ερὶ τῆς Ἀθηναίων προπομπίας, « De Athenien- A
n more aliquos cum honore deducendi vel
equendi. De Alexandrinorum dialecto, eam ab
:a deductam esse, libros VII. Atticorum voca-
)rum libros III. Atticæ consuetudinis in dic-
.e et accentu, ordine alphabetico libros III.
ulas Græcismi librum I. De Atticismo librum
et multa alia.

)us, unus decem oratorum, discipulus Iso-
et magister Demosthenis, genere Atheniensis.
:trius vero dicit esse Chalcidensem. Hic lau-
· ut orator, et quod Demosthenem sine
ede instituit. In adolescentia luxuriosus, post-
d bonam frugem se recepit. Itaque inter-
tus ab aliquo, quis piscis, quæ avis esu es-
suavissima? Desii, inquit, his rebus studere, B
iiam intellexi, « me Tantali hortos vindemi-
.e, » hoc est omnes voluptates umbræ et som-
:sse similes.

:hander, tragicus histrio.

dorus, senex, Pelusiota, vir clarissimus, phi-
phus et orator. Scripsit epistolas MMM, quibus
am Scripturam interpretatur.

dorus, philosophus, qui sub fratribus (suis),
iis alius in disciplinis philosophice se exer-
, et sacrorum valde studiosus fuit, vita philo-
ius, scientia vero non satis excultus et in
ecticis inexercitatus magis quam hebes. Ipsi
lescenti mirum quiddam accidit : nam ejus
ialis, et sororis filius, annos XVIII natus, sta-
a prima ætate divinam ingenii vim præ se
:ns, de tecto delapsus repente vitam finiit. Om-
is igitur ingenti luctu eum prosequentibus,
per somnum ad Isidorum accessit, eumque
itus est.

ἰς λατομίας. Philoxenus, poeta dithyrambicus,
n Dionysii, tyranni poemata, utpote mala, ferre
i posset, ab ipso in lapicidinas est conjectus.
:tea liberatus amicorum precibus, et rursus
liens illa, surrexit, dicens, satius esse in lato-
is versari, quam ipsius poemata audire, addito
:to : Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, *domus amica, nus optima*, quod valet de testudine.

Isocrates, Theodori, fabri tibiarum, F., Athe-
:nsis, orator, natus Olympiade LXXXVI, id est
st bellum Peloponnesiacum. Hic ob vocis imbe-
litatem et in dicendo verecundiam causas non
it, sed plures erudiit. Orationes scripsit XXXII,
anno ætatis CVI obiit. Fratres ejus fuere
sippus, Theomnestus, et Theodorus, magister
:ro Gorgias; alii Tisiam, Erginumve vel Prodi-
im, alii denique dicunt Theramenem. Orationes
us sunt plurimæ.

Isocrates, Amyclæ, philosophi, F., Apolloniæ in
onto, vel Heracleæ natus, ut scribit Callistratus
rator; discipulus et successor Isocratis Magni, et Platonis auditor. Hic cum Theodecte, oratore et tragico, et Theopompo, Chio, itemque Erythræo Naucratia de eloquentia certavit in funere Mausoli Caris, regis Halicarnassi. Orationes ejus sunt quinque : « Amphictyonia, Hortatoria, Philippo sepul- « crum non esse faciendum ; De migratione ; De « sua republica.

Ister, Menandri Istri F., Cyrenæus aut Macedo, historicus, Callimachi servus et discipulus. Hermippus vero Paphium ipsum dicit in secundo libro *De servis*, qui eruditione clari fuerunt. Scripsit multa et soluta et ligata oratione.

J

Jacobus, Hesychii medici F., cognomine Ψύχριστος, ex Damnascena provincia, qui CPoli sub Leone B imp. medicinam exercuit egregie, ita ut a multis diceretur σωτὴρ, ut quondam Æsculapius, visusque habere. Ἀσκληπιαδικὴν ψυχὴν καὶ φύσιν Ἰαπώνιον. Sic et Phidiam ἐνθουσιῶντα δημιουργεῖν numine plenum statuas fecisse, et Zeuxidem imagines pinxisse, etc. (E Damascio.)

Jacobus hausto veneno sub Valente obiit, suadente hoc ei Libanio sophista, quod inquisivisset, quis in imperio Valenti successurus esset. Vid. not. Kusteri, t. II, p. 88 seq.

Jamblichus, libertus, scripsit Babylonica sive Rhodinis et Sinonidis amores libris XXXIX. Hic agit de Zobara, eunucho, Mesopotamiæ formosissimæ amatore.

Jamblichus alter, ex Chalcide Syriæ, philosophus, discipulus Porphyrii, qui fuit auditor Plotini. C Vixit Constantini imp. temporibus. Varios libros philosophicos scripsit.

Jason, Menecratis, E., Nysæus a patre, a matre Rhodius, philosophus, discipulus et ex filia nepos et successor Posidonii philosophi, in schola quæ erat Rhodr. Scripsit « Illustrium virorum Vitas *et* « Philosophorum Successiones » et secundum quosdam « libros IV De vita Græciæ. » Hic etiam *De Rhodo* scripsit.

Jason Argivus, historicus, junior Plutarcho, Chæronense, grammaticus, scripsit *De Græcia libros IV*, qui continent antiquitate Græciæ et historiam Persarum et res ab Alexandro gestas usque ad obitum ejus et tempus illud, quo Athenæ ab Antipatro, Cassandri patre, captæ fuerunt.

Joannes, theologus et evangelista, ex exsilio D Patmi reversus ætatis anno centesimo Evangelium conscripsit et deinde pervenit ad annum CXX. Illic autem (78) degens, συγγράφεται τὴν Θεολογίαν Theologiam (hoc est Evangelium) conscripsit. Chrysostomus tres ejus epistolas et Apocalypsin procanonicis habet.

Joannes Chrysostomus, Antiochenus, principio presbyter Antiochiæ, et Eusebii Emeseni, philosophi, et Diodori sectator. Hic multa scripsisse fer-

(78) Ephesi intellige, ex Chrysostomi homilia in Joannem, t. VI, p. 505, ex quo locum S[illegible] etiit.

[illegible] *Sermones de sacerdotio* [illegible] suavitate et [illegible] Sermones ejus [illegible] Evangelium ad- [illegible] Marcum et Lucam [illegible] numerum [illegible] Christianum [illegible] annis nemo. [illegible] martyrum [illegible] flumine [illegible] Nullus [illegible] aqua [illegible] aureum. Hinc et [illegible] ejus [illegible] Jesu qui [illegible] summe [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Julius, Silentiariæ pater, ad quem Proclus de [illegible] literas dedit.

[illegible] Habes philosophi hujus præmia. Habes et [illegible] Homerica et Platonica Musa suavius [illegible] qui nec fabularum nec alienarum [illegible] narrationem prædicat, vel audacissimum Achillem aut callidissimum Ulyssem, quibus [illegible] sunt triumphus, et mulierum stupra, præ[illegible]; sed Satanam describit a nudo qui[illegible] et solo superatum, etc.

[illegible] Judæus φιλαλήθης, veritatis amans, de [illegible] Baptista, Præcursore et de Domino nostro [illegible] Jesu Christo loquitur. Fuit Matthæi, [illegible] Hierosolymitani F. A Vespasiano, et Tito ejus filio, captus, usque ad [illegible] expugnationem apud illos mansit, [illegible] mam profectus *libros VII De excid.* [illegible] *tano* imperatoribus obtulit, qui in [illegible] blica sunt repositi, et ob illius scripta statua donatus est. Scripsit etiam [illegible] *Judaicarum libros XX*, ab exordio m[illegible] ad XIV annum Domitiani Cæsaris. Item *Antiquitatum libros contra Appionem* gr[illegible] Alex., qui sub Caligula a parte gentili missus est, ut oratione quadam Philonem [illegible] quæ gentis Judaicæ criminationem co[illegible] alius liber omnino præclarus *De princ*[illegible] in quo martyrii Machabæorum memi[illegible] XVIII Antiquit. aperte fatetur, propter [illegible] nem miraculorum Christum a Judæis [illegible] fuisse, et Joannem Baptistam vere f[illegible] tam, et propter cædem Jacobi apo[illegible] lyma vastata fuisse. Sic autem de D[illegible] Jesu Christo scribit : *Eodem tempore* [illegible] *vir sapiens, si*, etc. (Joseph. XVIII, 4[illegible] Vespasiano prædixit imperium (in [illegible] *Jud.*

Jovianus, Romanorum imp. orth[illegible] magnam curam gessit Ecclesiarum [illegible] omnes ab exsilio revocavit. Idem ad S[illegible] scripsit, ut accuratam fidei formulam [illegible] datam, secum communicaret. Ille v[illegible] epistolam orthodoxæ doctrinæ plenam [illegible] num et traditam Persis Nisibi[illegible] parodiis et famosis libellis proscid[illegible] tianus, ab uxore impulsus, *fanum* [illegible] ab Hadriano imp. ad consecrand[illegible] Trajani memoriam conditum, *ex q*[illegible] bibliothecam eunucho cuidam, Theo[illegible] cum omnibus libris cremavit, *ipsis* [illegible] lenem cum risu subjicientibus. A[illegible] indignatione adversus imp. accensi, fa[illegible] partim humi jactarunt, ut a quolibet [illegible] possent, partim parietibus affixerunt [illegible] Joviano vixit Acacius, Cæsareæ Pal[illegible] scripsit, qui *libellum De orthodoxa fide* [illegible] quo synodo Nicænæ assentitur.

Juba (Ἰόβας), Libyæ et Mauritaniæ r[illegible] Romani captum et virgis cæsum in [illegible] duxerunt, non autem occiderunt ob erud[illegible] Vixit tempore Augusti Cæsaris, et *Cleopatr*[illegible] Selenen, quam ex C. Cæsare natam a[illegible] uxorem duxit. Scripsit permulta. *Eodem* [illegible] tempore floruit Didymus, Chalcenterus [illegible] multa contra ipsum scripsit.

Julianus, Chaldæus, philosophus, pater [illegible] theurgi. Scripsit *De dæmonibus libros IV*, opus docet modos propulsandi mala ab h[illegible] omnibusque eorum partibus, qualia sunt [illegible] γικὰ Χαλδαϊκά.

Julianus, jam dicti filius, vixit tempore M[illegible] nini imp. Scripsit et ipse *Theurgica*; *Tur*[illegible] *de modis res magice consecrandi* (V. Kusteri [illegible]

pag. 123), *Oracula versibus*, et quæcunque hujus scientiæ arcana. Quidam tradunt manis aliquando siti laborantibus, effecisse, nubes, subito coactæ, ingentem imbrem bris tonitribus et fulguribus effunderent, pientia quadam effecisse Julianum. Alii uphim, Ægyptium philosophum, hoc mi- edidisse tradunt.

us Domni F. Cæsariensis Cappadox, so- equatis Callinici, sophistæ. Fuit sub Cons- imp.

us, Halicarnasseus, Severi hæresin renou- uit, eumque in finem Marinum, Carris, rbe, oriundum jam miserat in Orientem, ut lud confirmaret, nisi paulo post obiisset, etc.

ius, ὁ παραβάτης καὶ ἀποστάτης, desertor ata, Romanorum imp., genitus ex Dalmatio, tini Magni fratre, et Galla. Scripsit librum, atur Cæsares, continentem omnes ab Au- peratores. Alium Περὶ τῶν τριῶν σχημάτων, bus figuris, *et* Κρόνια, Saturnalia. *Idem* ogonem *sive* Antiochium ». Et Πόθεν κακὰ, αιδεύτων, « Unde mala proficiscuntur, con- eruditos » ; ad canem Heraclitum, « Quo- cynice vivendum sit » ; *Epistolas* omnis , et alia. De Empedotimo locum e Juliani affert etiam Suidas in Ἐμπεδότιμος. Ora- Juliano datum, diversum a duobus, quæ recitat, legitur ad Cedrenum, pag. 253.

niani Rhinotmeti successorem Leontium, s ducem, Paulus, monasterii Callistrati mo- , astronomus, et Gregorius Cappadox, mo- i Flori præfectus, imperio potiturum esse erunt, quo etiam postea potius est (Confer ori Breviarium historicum, pag. 25)

nus, philosophus et habitu philosophorum ex Neapolitana Palæstina provincia, Prisci Bacchii nepos. Hic pro Christiana religione n laboravit, et Antonino Pio ipsiusque filiis nano senatui librum *Contra ethnicos* obtulit, rium crucis non erubescens. Scripsit et librum, quem Antonini (Pii) successoribus t, M. Antonino et L. Aurelio Commodo. Est s ejus liber contra ethnicos, in quo *De natura* ium disserit, et quartus itidem contra ethni- uem inscripsit *Elenchum*. Et alius *De Dei chia*. Item alius, quem nominat *Psalten*. Et *De anima*. Item *Dialogus* contra Judæos, quem *Tryphonem*, Judæorum Ephesiorum princi- conscripsit. Quin etiam *Contra Marcionem* in- scripta edidit. Item alium librum *Contra omnes*, cujus meminit in *Apologetico*, quem it Antonino Pio. Hic cum Romæ commorare- Crescentem, Cynicum fatuum, qui contra tianos maledicta profundebat, ipsum vocans

A helluonem, et prodigum, et intemperantem, et mortis metuentem, magno pudore affecit. Tandem hujus machinationibus et insidiis factum est, ut tanquam Christianus pro Christo supplicio afficeretur.

Justinus (79), Romanorum imperator ὀρθοδοξότατος, sed omnium litterarum imperitus et quod vulgo dicitur ἀναλφάβητος.

Justus, Tiberiensis, ex provincia Galilæa, qui et ipse *Historiam Judaicam* conscribere et *commentarios* quosdam componere aggressus est. Sed hunc Josephus mendacii arguit. Scripsit autem historiam eodem tempore quo Josephus.

Juvenalis poeta Latinus. Hic sub Domitiano, Romanorum imp., vixit. Domitianus vero amabat B Prasinæ factionis saltatorem, qui Paris vocabatur. Qua de causa et a senatu et a Juvenali carpebatur. Imperator hinc Juvenalem Pentapolin Africæ relegavit ; saltatorem vero locupletatum Antiochiam misit, qui, domo et balnea extra urbem ædificato, ibi mortuus est.

L

Lachares, Lacharis F., Atheniensis, sophista, discipulus Heracleonis, sophistæ Atheniensis, magister tum multorum aliorum, tum, qui præ reliquis clari habentur, Eustephii, Nicolai et Asterii. Floruit temporibus Marciani et Leonis impp. Scripsit « De colo et commate et periodo, Διαλέξεις, « Dissertationes ; Ἱστορίαν τὴν κατὰ Κορνοῦτον. His- « toriam Cornuti ; Eclogas rhetoricas » secundum C ordinem alphabeti. Lachares, sophista in disciplinis tardior, at vultu liberali et honesto præditus, et virtute philosophus potius quam sophista appellandus. qui visum amissum recuperavit, quod et alioqui Deo charus esset. Confer infra, *Superianus*.

Lacydes, Alexandri Cyrenæi F., philosophus, qui fuit novæ academiæ auctor. Scripsit *Philosophica*, item *De natura*.

« Lampon jurat anserem, cum aliquem decipit ». Lampon erat aruspex et vates, quem nonnulli quoque ducem fuisse aiunt coloniæ ab Atheniensibus Sybarim missæ. Jurabat autem per anserem, ut avem, divinandi peritam. Supra, χῆνα ὀμνύναι.

Lamprias, Plutarchi Chæronensis F., contexuit Indicem Operum, quæ pater ipsius de omni Græca D et Romana Historia scripsit.

Lasus, Charbini F., ex Hermione, Achaie civitate, vixit Olymp. LVIII regnante Dario, Hystaspis F. Quidam eum loco Periandri adnumerant septem sapientibus. Primus scripsit *Di musica :* et dithyrambo certare instituit et τοὺς ἐριστικοὺς εἰσηγήσατο λόγους, contentiosum dicendi genus in usum introduxit.

Λῆμμα. Aristophanes de Euripide et Æschylo : Λῆμμα δ' οὐκ ἄτολμον ἀμφοῖν, etc. (*Ranis*, pag. 254)

) Non de Justiniano (ut ms. Kusteri) sed de no (Seniore) hæc in Suidæ codd. Vaticanis tradi, it etiam H. Noris. Diss. de Synodo v, c. 2, 10. Fabr. — Idem non solum notavit Nic. Alemannus ad Procopii histor. arcan. cap. 6, pag. 19, sed etiam Kusterus in nota longa ad Suidam, pag. 128, vol. II, qui etiam integrum Procopium ascripsit. Harl.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Leschas [illegible]

esse, eisque exedris esse similes [illegible] cata fuisse perhibentur Lesche, [illegible] [illegible]. Etiam [illegible] dicta poem[illegible] Pratini, metro Phalæco vel [illegible] Leschæ, sedes vel loca, in quæ [illegible] phi[illegible]sophicis disputandi gratia conve[illegible] Sic Heracles libro primo Philoso[illegible]

Lescliades, poeta epicus, regis [illegible] [illegible] bellicis comes, poetarum [illegible] consuetudine etiam usus fuit [illegible] [illegible], et Menander, medicus.

Leucon, Agnusius, Peloponnesi[illegible] vixit. Ex ipsius dramatibus sunt [illegible] [illegible].

Libanius, Antiochenus, sophista [illegible] Apostatæ temporibus, ad Theod[illegible] usque vixit, filius Phasganii, Diophan[illegible] Scripsit infinita, et inter ea « Consu[illegible] « [illegible] et alterum Juliani ; Declam[illegible] « [illegible] » ; Epistolas. Eadem temp[illegible] [illegible]us et Gregorius (Naz.). Julianus [illegible] [illegible] imp[illegible]citas, tamen et litteris [illegible] dabat, et in [illegible] excellere videri [illegible] tamque Antiochenum, Libanium, [illegible] admirabatur, laudibusque ornabat [illegible] sophistæ Proæresio ægre faceret, [illegible] ferebat. Acacius igitur, sophista [illegible] peritus, et Tuscianus, Phryx, [illegible] culpabant, ejusque judicium repre[illegible]

Linus, Chalcidensis, Apollinis [illegible] F. vel, ut alii, Amphimari et Uran[illegible] et Mercurii. Hic primus ex Phœn[illegible] Græciam intulisse, Herculemque [illegible] et carminis lyrici primus auctor f[illegible]

Linus alter, Thebanus, junior, [illegible]

Linus, genus hymni, ut pæan. C[illegible] pag. 449, not. 3.

Lityerses, genus cantionis messo[illegible] Midæ F., quem Hercules sustulit. C[illegible] Theocrit. X, 41.

[illegible] oracula, quæ oratione co[illegible] [illegible], versibus.

[illegible], causarum vel orationu[illegible] scriptor. [illegible] pro historico [illegible] Isocrate et Herodoto. Sic etiam vocatur [illegible] fabularum et apologorum.

Lollianus, Ephesius, sophista, [illegible] discipulus, Adriani Cæsaris temporibus [illegible] multa scripsit.

Longinus Cassius, philosophus, Porphy[illegible] phi magister, vir magna doctrina acriq[illegible] præditus. Vixit sub Aureliano imp. et ab [illegible] est, quod cum Zenobia Odenati uxore con[illegible] Scripsit « De oratione contra Phidiam; Dub[illegible] « Homericas; An Homerus fuerit philosoph[illegible] « [illegible]blemata Homerica et Solutiones libris [illegible] « Quænam contra fidem historiæ tanquam his[illegible] « enarrent grammatici; De vocabulis, apud Home[illegible] « multas significationes habentibus libros IV; [illegible]

ocabulorum editiones duas, secundum or- A
ı litterarum digestas ; vocula Antimachi et
leonis, » et alia multa.
ɜ. evangelista, titulos habet LXXXIII, capita
VIII.
ınus, Samosatensis, Blasphemi vel Dysphemi
ıen tulit, vel Athei potius, quod in Dialogis
quæ de diis dicuntur, ut ridicula exagitat.
sub Trajano imp. et ante vixisse. Primum
hiæ in Syria causidicus, et cum hoc ei non
ɔderet, ad scribendum se contulit et infinita
ι. A canibus dilaceratus fertur homo impius.
guæ suæ rabie ipsam veritatem insectatus
am in Peregrini Vita Christianam religio-
ɔrstringit, et ipsi Christo maledicit homo
ıtissimus. Quamobrem et in hac vita justas B
, sui pœnas dedit, et in futura ignis æterni
ıtana hæres erit.
anus, martyr, vir nobilis, prima ætate Ma-
ıcrorum Librorum interpretis, consuetudine
ɔ usus, deinde ad vitam solitariam animum
ι. Ad sacerdotium hinc processit, et presbyter
hiæ factus magnam scholam illic instituit.
.m animadvertisset, in sacros libros multa
rina irrepsisse, tum longo tempore et crebra
riptione, tum quod profani quidam homines
ɛtere nonnulla ausi essent, ipse omnes ex
, Hebraica, quam accurate callebat, in inte-
restituit, plurimumque laborem in eorum
lation ɔm contulit, etc. Epistolas etiam edidit,
ɔ præstantissimas, ex quibus facile constat, C
, fuerit viri hujus de rebus divinis sententia.
- rium obiit Nicomediæ in Bithynia sub Maxi-
ɛ).
ius Catilina teterrimum facinus ausus, etc.
icero, vir singulari eloquentia et in depre-
endis consiliis non mediocri solertia præditus,
ɔrea in rebus multo ante prospiciendis acutis-
s cum ejus conjurationem patefecisset, ho-
.que (in senatu) ipsum declarasset, Urbe ex-
ι.
ıpercus, Berytius, grammaticus, qui paulo ante
pora Claudii secundi imp. vixit. Scripsit « De
rticula » libros III, De pavone ; De squilla, pisce ;
ɔ gallo apud Platonem. Κτίσιν, *sive* Origines Ar-
noeti in Ægypto ; Vocabula Attica ; Artem gram-
ıaticam ; De generibus masculinis, feminis et D
eutris libros XIII, » in quibus multa rectius tradit
am Herodianus.
Lycis, qui et Lycus, ab Aristophane, ut poeta
gidus, perstringitur. Phrynichus, Lycis et Ami-
ias tres comici habebantur subfrigidi. *Phrynichus*
comœdiis auditores plerumque tædio afficiebat.
em a comicis etiam perstringebatur, ut peregri-
us ob mala poemata et qui a proposito aliena
iceret, et insuavi metro in carminibus scribendis
teretur. Fuerunt et alii tres Phrynichi·

Lycophron, Chalcidensis ex Eubœa, filius Soclis, adoptatus a Lyco, Rhegino, grammaticus, et tragicus unus de pleiade. Ejus tragœdiæ sunt : Αἴολος, Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰολίδης, Ἐλεφήνωρ, Ἡρακλης, Ἱκέται, Ἱππόλυτος, Κασσανδρεῖς, Αάϊος, Μαραθώνιοι, Ναύπλιος, Οἰδίπους α', β'. Ὀρφανὸς, Πενθεὺς, Πελοπίδαι, Σύμμαχοι, Τηλέγονος, Χρύσιππος. Ex his *Nauplium* emendatum secunda vice iterum in scena exhibuit. Scripsit et *Alexandram*, poema obscurum.

Lycurgus, Spartanus, a Patrocle genus ducens. legislator, quem aiunt a Creta, vel ab ipso Deo (Apolline) leges suas accepisse. Hic a Pythia Deus appellatus est, etc. Natus fuit octavo post Trojanum bellum anno, patruus Charilai, Spartani regis : Eunomi frater. Spartanis imperavit annos XLII, quo etiam tempore leges tulit, cum tutor esset fratris filii, qui ipse quoque regnavit annos XVIII, et post eum Nicander annos XLVIII. Scripsit leges.

Lycurgus Lycophronis F., Atheniensis, genere Eleobutades, unus ex decem oratoribus, quibus Demosthenes etiam accensetur. Hic, vita sine crimine transacta, morbo decessit, relictis filiis, quos Demosthenes, orator exsul, calumniis vexatos oratione defendit. Genuinæ orationes ejus, quæ adhuc exstant (80), sunt istæ : « Contra Aristogi- « tonem ; Contra Autolycum ; Contra Leocratem ; « Contra Lycophronem duæ ; Contra Pasiclem ; Con- « tra Menæchmum ; Contra Demadem ; Apologia « adversus eumdem de redditis a se rationibus ad- « ministratæ reip. ; Adversus Ischyriam ; Πρὸς τὰς « μαντείας, Adversus divinationes ; De administra- « tione reip. ; De sacerdote femina ; De sacerdotio ; « Epistolæ » et alia quædam.

Lycus, qui et Butheras dictus est, Rheginus, historicus, pater (adoptione) Lycophronis tragici. Vixit sub Alexandri M. successoribus, et a Demetrio Phalereo insidiis appetitus fuit. Scripsit Historiam Libyæ et Siciliæ.

Λυδοὶ Μάγνητος, drama Magnetis, comici, *Lydi*, ab eo emendatum denuo in scena exhibitum fuit.

Lynceus, Samius, grammaticus, Theophrasti discipulus, frater Duridis historici, qui et Sami tyrannus fuit, Menandri comici æqualis, quem in commissionibus dramatum vicit. V. Kuster, II, pag. 465.

Lysias, Cephali filius, Syracusanus, discipulus Tisiæ et Nisiæ, unus ex decem oratoribus. Natus est Athenis, quo pater migraverat, idemque anno ætatis decimo quinto cum duobus fratribus Thurios in coloniam profectus est. Postea vero, cum partibus Atheniensium nimis studeret, inde pulsus Athenas rediit anno ætatis XLVII. *Orationes* ejus genuinæ perhibentur esse ultra CCC, et præter eas aliæ, de quibus ambigitur. Dictionis ejus puritatem nemo imitatus est præter Isocratem. Scri-

(80) De Suidæ temporibus intellige.

